

De Annessione summi Pontificatus
cum Episcopatu Romano.

(2)

Cardinalis Petrus de Alliaco inq^o Vespertorum post Statutas conclu-
siones referens opiniones de modo quo Eccl^a Romana habuerit principa-
tum id est summum Pontificatum sic ait. 4^o modus e. q^o cum non habuit
mediate à Christo sed à B. Petro qui de Antiochia in Romanam
Eccl^{am} sedem suam transtulit, et eam omnib⁹ alijs Eccl^{ijs} prætulit. ~

Et infra in corollarijs propositionibus 2. e. q^o illi Pontificatus non sine
necessario sic annexi, quin ex causa rationabili ualeant separari: puta
si summus Pontifex cum concilio generali iudicaret esse utile Eccl^e uni-
uersali q^o Eccl^{am} Romanam omnino dimitteret et alteri se copularer.
Senti q^o unione esse de iure summo, siquid per uolunt^{em} Pontificis po-
test separari. ~

Axiomata Christiana lib. 2. a. 3. c. 3. ad finem / est q^o Applicatio sedis
(inquit) ac primatus spiritualis in Romana Eccl^a Romanoq^{ue} Pontificis
lexum non sic quin possit Papa, qui et Romanus Episcopus est Roma-
nam Eccl^{am} relinquere, et inde Petri cathedram ad aliam Eccl^{am} trans-
ferre. Est quidem nunc, fuitq^{ue} semper à Petro Apostolica sedes in
Romana Eccl^a quia placuit tactenus Petri successorib⁹ sedem in ea Eccl^e
sia conseruare in qua Petrus uiuens ipsam habuit atq^{ue} moriens reli-
quit. Reliquit inquam non mandato sed facto, hoc est, quia in illa obiit
inde ad martyrium raptus. Verum non sic quin possit Papa inde ad
aliam Eccl^{am} cuiusmodi sedem transferrere: tum exemplo Petri, qui
primum Antiochiæ illam habuit unde eam Romam transtulit: tum
quia Primatus cuiusmodi diuinitus institutus nulli particulari Eccl^e a legio
diuⁱⁿæ iure ascribitur. Unde fit ut diuⁱⁿæ sit cuius institutio ut monstrauim⁹
summa aut cuius illi. I. illi Eccl^e applicatio, Cuius autem summa
sunt Papa mutare potest. ~



R. 30949

~~2-2 7-7 12-12~~

Caja

C-49

ALLOTHECA
PARVA
victoriae


in Regno suo Britannico
Americano, & Germanico, insulari
et in omnibus provinciis
et partibus Imperii
regni Anglorum

et in omnibus provinciis
regni Franciae

et in omnibus provinciis
regni Hispaniae

et in omnibus provinciis
regni Sardiniae

et in omnibus provinciis
regni Siciliae
anno 1735-5



BIBLIOTHECA
PARVA

Concionatoria
Seu

Breve Repertorium Textuum, Auc-
toritatum, & aliorum conducen-
tium ad Conciones componendas,
quæ per anni decursum
super Evangelia

Tomis occurrunt prioris
Pars II. Pro Festis



Corduba Tucumannorum
Anno 1736

DIAL TO THE
SACRATA
CONTORETORE

THE SACRATA
CONTORETORE
THE SACRATA
CONTORETORE
THE SACRATA
CONTORETORE
THE SACRATA
CONTORETORE

THE SACRATA
CONTORETORE
THE SACRATA
CONTORETORE
THE SACRATA
CONTORETORE
THE SACRATA
CONTORETORE

+

Pag. 1.

Partis Secundæ Subdivisio I
Pro Festis B. MARIE V.

Die VIII. Decembris
in Conceptione B. M^æ V.

Textus: Maria, de qua natus est Jesus. Matth: 1.

Sensus: Ex conceptione filii conceptio immaculata
B. V. Mariæ deducitur

1. Sicut ex fructuum bonitate, ipsius in sua radice arboris bene inferitur bonitas, juxta illud: a fructibus eorum cognoscetis eos, Matth: 7. ita ex Conceptione Christi in Uteribus Mariæ, quanta istius fuerit à primo instanti excellentia, recte deduci potest: Unde 1^o Maria, sicut Cant: 2. lilium inter spinas sine spinis, & rosa suavis ex spinosa planta enasitur: ipsa sine labe inter homines labefactos concipitur, ut ex ipsa immaculatus undequaque oriatur fructus. sic que illud Cantico: 2. interpretatus est Petrus Galat: 1. 7. de Arcan. c. 8. & Rupertus Abb: L. 1. in Cant: 2^o. Deducebat enim ab eterno præordinatam ad Verbi Divini Maternitatem ~~non~~ aliquo, vel ad unum instans, maculari peccato, ne templum Dei vivi maculam aut rugam etiam minimam habuisse, verum esset. ☩

2. Textus jam insinuemus ex quibus Dicta confirmetur: 2. Reg: Sicut lux auroræ oriente sole mane absque nubibus nihil; ita Maria in Conceptionis suæ 1^o instanti.

2. quod verè aurora solis iustitiæ nascituri verificatur, sicut
ut S. Vinc. Ferrer: serm: de Concept: B. V. explicat: Nec non,
& Hugo Victorinus Inst: serm: 34. qui sic loquitur: B. V.
Maria aurora fuit, quia & præcedentis temporis, quod qua-
si nox fuerat, finis exiit, & vera lucis gratiæ, solis quæ
iustitiæ, qui ex ipsa progenitus est, præventrix & antea-
canum sydus fuit. Ps: 140. Oleum peccatoris non in-
pinguet caput meum, dicebat David: quod merito
Maria dicere potuit, cuius, teste Richardo a S. Laurent:
L. 12. Odor, id est, delectabilis & iucunda opinio sanc-
tatis eius, comparatur balsamo non mixto sed puris-
simo, balsamum enim mixturis confectum tandem
corrumpitur, sed Mariæ primus odor, quia purissimus
& sine mixtione, vel unius instantis, inæqualitate, perse-
verat sine ulla corruptione, cuius nullam in se radicem
continebat: unde Bernardinus Bushius ait: Non fuit
in benedicta Virgine commixtio vitiosa, per aliquod
peccatum, aliter non posset in veritate dicere quasi
balsamum non mixtum, si cum ea admixtum fuisset
originale peccatum. & sane si Christus ad legalem

Marc: 14. cenam voluit sibi parari Cenaculum stratum, et
fortiori mire ornatum voluisse Matrem, dicens
est. Cant: 1. Lectulus noster floridus, Lectulus enim
veri sponsi est Maria, in qua Dei filius velut in
lectulo requievit, ut habet cit: Richard: L. 10. de Sali-
bus B. V. ubi & Salomonis lectulo eam comparat
expendens verba illa Cant: 3. En lectulum Salomonis

Et. ac certe multos huc facientes textus reperire est ^{3.}
in Canticis & Canticorum Expositoribus

3. Propter quæ
omnia canit Ecclesia: Conceptio tua Dei Genitrix Virgo
gaudium annuntiavit universo mundo, quia Maria
præmi suæ conceptionis instantis puritate futurum Chris-
ti ortum prænuntiabat. & si ipsa eadem Ecclesia intratur
in Hymno: Tedeum, quod Christus non horruerit Virgi-
nis uterum, vel minimam in Matre maculæ umbram hor-
ruisse merito dicendus est. & cum David Templum
Hierosolymis ædificare intentaret, dicebat: Opus grande
est, neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo,
sic in Virginis Conceptione grande Dei opus admira-
ri debemus, ubi Divino Verbo habitaculum paraba-
tur: unde Angeli ipsi admirabundi clamabant: Quæ
est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens,
pulchra ut luna, electa ut sol? Cant: 6. & sane quid
haberent mirari Angeli, si in illo s̄ instanti vel minimam
in Virgine maculam advertissent? ut quid in Reginam
sibi eligerent, quam se in f̄ creationis gratia superare n̄
vidissent? ergo intuebantur tunc sibi nondum visam
puritatem, & se quid superius venerabantur?

4. Restat
auditores ad huius Mysteriorum cultum exhortari, & ad
tantæ puritatis pro posse imitationem per vitam imma-
culatam & actualis peccati expertem. Proverb: 3. di-
citur

4. citur: Signum vitæ est, qui apprehenderit eam
& qui tenuerit eam beatus, quæ verba de cultu
immaculatæ Conceptionis intelligit Richardus a S.
Laurentio. & Magnus ille Spiritualium rerum
Magister Joannes de Avila Carnis tentatione
veracis remedium inuocabat invocationem Imma-
culatæ Conceptionis. & in Vita V. P. Bernardini

^x
apud Joan:
Nadasi an:
1616. in
Annal: Marian:
Realini narrat ejus scriptor^x juvenem quemdam
prius impuris cogitationibus vehementer molesta-
tum, mirabili eventu victoriam reportasse diabo-

licis suggestionibus hanc opponendo orationem:
Per tuam sanctissimam virginitatem & immacu-
latam Conceptionem tuam purissima Virgo emun-
da cor meum & carnem meam, in nomine (ter
pectus cruce signando) † Patris & † Filii, & †
Spiritus Sancti. Amen. Pro quo videnda quæ
in 1^a parte diximus de fugiendo peccato, & infra
de Cultu B. Mariæ Virginis: quæ huc facientibus
exhortationibus erunt communia. Concepta
est Purissima Virgo (ut ejus annorum Chrono-
logia fert apud Drexelium) anno ab orbem con-
dito 4037. à condita Urbe Romana an: 786.
die 8. Decembris; Quia tamen ab æterno præ-
ordinata est in Matrem ejus, per quem, in quo,
& propter quem omnia facta sunt, ideo potest illi
applicari dictum illud Prov: 8. Nondum erant aby-
ssi, & ego jam concepta eram... ante colles parturiebam.

Die 8^{ta} Septembris
in Nativitate B. Mariæ Virg:

Thema: Mariæ, de qua natus est Jesus. Math: 1.
Scopus: Mariæ Nativitas Universis gaudium, & ad
mirationem attulit

1 Gaudium quidem, quia ex ea nasciturus erat
Salvator: admirationem, quia jam in 1^o ortu tot
excellentiis a natura & gratiâ exornata apparuit.
Patet gaudium: nam sicut ad solis ortum tota vi-
detur exhilarescere natura, ita ad ortum Mariæ to-
tus gavisus est universus: quia ut ait Augustinus Ser:
18. de Sanctis: Mariæ salutem attulit mundo, Damasce-
nus Orat: in Nat: B. V. Hodie salus mundi inchoavit,
Rupertus Abbas L. 6. in Cant: ait: Quando nata es o Vir-
go beata vere nobis aurora surrexit: aurora præni-
tia diei sempiterni: quia sicut aurora quotidiana
finis præterita noctis, & initium diei sequentis, sic
nativitas hæc finis dolorum fuit, & consolationis ini-
tium, finis tristitiæ, & lætitiæ nobis exhibet principium
S. Ildesonsus Serm: de hac die. Exultemus & lætemur om-
nes in celebrationem hodiernæ festivitatis, in qua in-
choavit Redemptor omnium visitationem mirabilem
(utpote cælestis Medicus) & nos de captivitate ad pristi-
num locum revocare dignatus est, Nonne exultant
infirmi ad signum certum adventûs medici, & captivi
ad Redemptoris spem certam? quanto plus ad tantî Re-
demptoris ac Medici indubitatum prænuncium? An-
geli lætantur quod sibi Regina nascatur, homines, quod

6. Homines, quod Mediatrix & advocata, & Patres antiqui proxima suæ libertatis certificantem inexplicabili cognoscunt lætitiã 2

2. S. Amædeus Lau-

nensis Episcopus hom: 7. de Laud: Virg: hæc habet: Sicut in Eva omnes moriuntur, ita & in Maria omnes vivificabuntur; & sicut ex Eva mundi damnatio, ex Maria facta est orbis reparatio, illa infecta est veneno lethali, quod transdidit ad posteros, hæc infusa vitali antidoto, quod fidelis transmisit ad universos; corruit illa male credula serpenti, surrexit illi, & juxta verbum quod dixerat Deus contrivit caput serpentis; Denique Gaudent & merito omnes homines in Nativitate Mariæ, quia eo quo in Matrem Dei sit præelecta, vere est Arca Noë (Exod: 38.) per quam omnes liberandi sunt a peccatis, calamitatibus, penis, flagellis, & ira Dei; Est aque ductus Regis, 3. Reg: 17. ex Paradiso exiens, 2. Esdr: 2.; Est Canalis Eccl: 24. ubi diffunduntur cælestis gratiæ divinarum miserationum ad nos refocillandos; Est Divinum cellarium, Cant: 1. in quo aromata divinarum misericordiarum collocata sunt; est Apotheca suppellectilis Dei, Isa: 39. in qua universa, quæ in thesauris Divinæ bonitatis existunt reperiuntur; Est Flumen Divinæ misericordie (Ps: 41) cujus impetus lætificat civitatem Dei. Est domum illud sanctuarii (3. Reg: 6.) quia per illam, etc.

per ostium in caeli sanctuarium ingredi speramus ~

3.

Sed quot admiranda habet omnis creatura in hac stantitate tam naturae quam gratiae dona! quot ex ipso hinc corporis & animae dotes? Audiamus Scripturas Cant: 1. Pulchra sunt gene tuae sicut turris, collum tuum sicut monilia: ecce tu pulchra es amica mea: oculi tui columbarum, Cant: 7. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis: juncturae femorum tuorum sicut monilia, quae fabricata sunt manu artificis, Haec autem monilia (explicat Cardinalis Holgrinus) dicuntur fabricata manu artificis Spiritus S^{ti} videlicet Ps: 23. Gloriam & decorem induisti, omnis lapis pretiosus amictus & operimentum tuum. Splendor solis super caput tuum, lunaris pulchritudo sub pedibus tuis. Videra micantia ornant sedile tuum, Ps: 58. Exurge in occursum meum Regina pietatis, aurum obrizum in ornamentis tuis, Sardius, & topazius in diademate tuo. jaspis & amethystus in dextera tua, Berillus & chrysolithus Chrysolithus in sinistra tua, Hiacyntus & achatē achatē in pectore tuo, carbunculi scintillantes in monilibus tuis... Myrrha, thus, & balsamum in manibus tuis, saphyrus & smaragdus in digitis tuis: quae omnia mystice applicantur Virgini Mariae ~

4. Joannes Gersonius sic de Mariae

8. *Dokibus habet tract: 4. in Mag: Primum nomen, quo
Maria legitur in canticis nominata per sponsum
fuit: o pulcherrima mulierum! vere pulcherrima.
erat enim formosa valde, & incredibili pulchritudine
omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur. Sed
nabimur inaniter, si verbis equiparare volumus pul-
chritudinem eius, qua sub Deo major nequit intelligi
colligens in se omnes pulchritudines sparsas in crea-
turis, & S. Amadeus Hom: 2. de Laud: B. V. Omnia
virtutum decore meruit ornari: Unde Angeli miran-
tur Puellam castissimam Matrem Dni, calique Re-
ginam futuram, & in his erumpunt vocibus admi-
rationis & laudis: quae est ista dealbata? Quis
est dealbata, nisi albis vestibus ornata? ornata
scilicet ornati decoris, & honestatis, iustitia & san-
ctitatis, & si verum est illud Poetae Aeneid: 5. Gratia
est pulchro veniens de corpore virtus, quid in Mary-
dichis gratiarum cumulus? Nec tamen, ut ait apud
Gerson: Divus Bonaventura, illis ex aspectu Vir-
ginis Mariae, quamvis esset pulchra nimis, urebatur
aut inflammabatur ad foedam carnis concupiscen-
tiam, sed eam potius exinguebat ille Divinus aspe-
tus, quia per ejus oculos castitatis ros quidam vir-
ginis effluebat a mente ipsius castissima, Unde
idem Marianus Doctor Seraphicus sic Mariam allo-
quitur: O! dulcis Domina cujus sola memoria*

tum dulcorat, cuius pulchritudo oculum interiore[m] ?
exhilarat, cuius amenitatis immensitas cor meditun-
tis enebriat. Hinc ad simile gaudium, admiratio-
nem, & affectum excitari debemus, & alios adhortari
nec non ad Cultum & imitationem tantæ in ipso pri-
mo ortu puella &c

In Festo S. Nominis Mariae
Dominica infra octav. Nativitatis.

Thema: Et Nomen Virginis MARIA. Luca 1.

Scopus: Nominis Mariae excellentia proponitur &
ejus invocatio suadetur.

1. Hoc Vocabulum MARIA in sua significatione de-
clarat Virginis dignitatem: Maria enim quasi mar-
iam, id est, Magistra vel Dña maris. Sic appellata fuit
soror Moysis transito mari rubro, & merso Pharaone
cum curribus & equitibus ejus. Porro hæc Maria ty-
pus fuit (ait S. Ambrosius exhortat: ad virgines) Beate
Virginis, quæ dicta est Maria, id est, Magistra & Domi-
na maris hujus sæculi, ut per illud nos salvos ducat
in terram promissam, id est, in Cælum. S. Hieronimus
ait Mariam idem esse ac Illuminatricem, vel Illumi-
nantem, aut Stellam maris: totum Mariae convenit
unde sic scribit Petbartus Mariae Nominis devotissi-
mus: O! quam dignum, o! quam excellens & sublime
est hoc nomen MARIA: o! quam utile omnibus invo-
cantibus

10. cantibus ipsum: per hoc enim sanctissimum nomen
lapsus subleuatur, peccator liberatur, gratia infunditur,
cor dulcoratur, daemon effugatur, tentatio refranatur,
pericula evitantur, orationes exaudiuntur, homo in morte
assecuratur, in Purgatorio refrigeratur.

Sicut Platanus, ut scribit Dioscorides L. 1. c. 91. contra
ictus serpentum plurimum valet; sic Mariae
nomen contra daemones insidias: Sicut candelabrum
illud in templo hierosolimitano septem lucernis dies
& noctes radians, ita, dicit Bernardinus Senensis, no-
men Mariae aetates omnes & tempora illuminavit &
illuminat: Sicut in Turri Davidica, omnis armatu-
ra fortium, Cant: 4. sic nomen MARIA clypeus con-
tra hostes omnes & arma fortissimis ac impenetrabi-
lis; sic eo pronuntiato daemones fugavit japon christi-
anus, teste P. Ant. Franc. Cardine in Relatione je-
ponica ad Innocentium X. Est, ut ait Richard. ad luc-
oleum effusum (Cant: 1.) nomen Mariae, ratione saporis,
suauitatis, medicinae & misericordiae, & ut loquitur
Bernardus; est mel in ore, in aure melos, in corde ju-
lus ... lucet praedicatum, pascit recogitatum, inuoca-
tum lenit & ungit sicut oleum effusum. Hinc verissi-
me S. Methodius Tyri Episcopus ait: Mariae nomen
Divinis benedictionibus & gratiis omni ex parte esse
referendum.

3. Immo & in qualibet huius S. Nominis littera
pie considerant Mystici mira & benefica mysteria
vocalibus ab illis litteris inchoantibus expressa &
clare vel figurate indicata. Nec non alii ex toto
nomine pia eformant anagrammata, quibus im-
morari non libet: hoc ex Thoma Kempensi (Serm: 23.
ad Novitios) nolentes omittere: Nomen S. Mariæ, inquit,
tanquam tonitru de cælo factum expavescent spiri-
tus maligni, & disfigunt eo auditio, velut ab igne: ipsi
obediunt Angelici chori; dæmonibus imperat qui hor-
rent illud sanctum & terribile nomen, quod Christia-
nis est summe amabile & ubique celebre; & si Divo
Bernardo credimus, quæ de Venerando Namine IESU
dicuntur, nomini Mariæ applicari possunt cui & hanc
specialitatem attribuit, quod in nomine Mariæ nihil
virendum appareat, sicut in nomine Iesu, in quo aut
Deitatis, aut sexus virilis severitatem posset aliquis
vereri. Sic etiam Doctissimis Idiota Mariam alloquens
ait: Dedit tibi Mariæ tota Trinitas nomen, ut in nomi-
ne tuo omne genu flectatur Cælestium terrestrium & infer-
norum: Hoc nomen super omnia sanctorum nomina
reficit lassos, sanat languidos, illuminat cæcos, penetrat
duros, ungit agonistas, iugum diaboli extrudit. Ideoque
S. Gerardus Martyr Canadiensis in Pannonia Episcopus
statuit apud Hungaricam gentem ut præ reverentia
non pronuntiaretur nomen proprium Matris Dei, sed

12 Dominam eam vocarent, si autem fuerit pronuntiatio
statim flexis genibus, & demissis in terram capitibus
inclinarent, & ipse met auditu eo nomine suavissi-
mis perfundebatur lacrymis, & per illud veniam
precantibus reis, perinde ac si ipse reus esset, genu-
flexus veniam a reo petebat: sic apud Surium 24. Sept.

B. Hermannus Præmonstratensis: Ecce, inquit, quibus
ad nomen Sacra Virginis humi me abscio, odor
omnium florum & aromatum tanta suavitatis co-
pia è terra in naves meas influit, ut semper illis
hærerè cuperem, si liceret: quod & significat S. Be-
naventura dum Ps: 79. ita modulatus est: Odor
vitæ de illa progreditur... ejus fragrantia animæ
mortuæ suscitantur, Invocemus ergo sanctissimi
hoc æ suavissimum nomen, ut his verbis citatus
nos hortatur Pelbartus: O Christiane (inquit) recog-
nosce tuæ Matris nomen Virginis benedicta, quæ
sola est spes & refugium animæ tuæ, vita & con-
solatio cordis tui, ipsum invoca, ipsum genibus
flexis inclama, ipsum nomen, exora, ut Maria
sit tibi Maria, id est, Maris stella in hujus sæculi
procella, qua dirigaris ad cælestia Regna, Hinc
que Devotissimus Mariæ Cliens. Caveamus tam-
en hoc Sacrum Nomen in vanum assumamus, non
enim insonem habebit Deus eum, qui assumpsit

nomen *Mariæ* suæ frustra, quod nec Angeli digne
satis pronuntiare possunt, & adeo reverenter primus
Incarnationis Annunciator Gabriel Archangelus pro-
nunciavit; sed in opportunitatibus summa illud in-
vocamus reverentia & devotione. spem ad illud ut
sacram anchoram alligando, ut habet Bern: homil: 2.
super *Missus*: hocque in articulo mortis præcipue, ut
Dæmonium tunc frequentia jacula elidantur, ita ut ubi
dulcissimum *JESU* nomen pronunciamus, ei semper
suavisimum *MARIA* adjungamus, sitque vitæ nostræ
ultima respiratio: *JESUS-MARIA*. ☉

Die 21.^o Novembris
In Fæsto Præsentationis B. *MARIÆ*. V.

Thema: Beati qui audiunt Verbum Dei, & custo-
diunt illud: Luc: 11

Scopus: In sua Præsentatione B. Virgo exemplum
præcipue præbuit amoris Verbi Dei, solitu-
dinis, & orationis ☉

1. Quam bene congruit B.^{me} Virgini, quod de Filio
suo postea dicendum erat, quod scilicet, proficiebat
sapientia & ætate, & gratia apud Deum & homines,
(Luc: 2.) Cum enim vix duos annos, menses duos, & dies
tredecim complexset, in templo præsentatur ut divino
cultui intendat, hic que per annos undecim permansit
ubi, licet omnium sane virtutum specimen dederit
excellensimum, præcipue tamen videtur nos docere
voluisse Verbi Dei amorem, ac orationis & solitudi-
nis

14. nis pia exercitia, quæ puellas juniores maxime
debet sectari. & in primis Luc: 2. dicitur: Maria
autem conservabat omnia verba hæc conferens in
corde suo, quia fructuosa verbi Dei auditio non est
in verborum sonitu capiendo, sed in auditorum con-
servatione mentali, & attenta ruminacione, ut audi-
tores simul & factores legis simus, aliter non justifi-
candi (Jacob: 1.) & ideo Jeremias monet (cap: 6.) ut inter-
rogemus de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambu-
mus in ea; & Sap: 6. habetur: initium sapientia est
verissima disciplina concupiscentia, Eccl: 6. Non
inclinaveris aurem tuam, & excipies doctrinam;
& si dilexeris audire, sapiens eris. Prov: 12. Qui
sapiens est, audit consilia; Quæ vero in temporibus
ab evangelicis concionatoribus audimus, non ut ver-
bum hominum (inquit Apostolus 1. Thes: 2) sed sicut
vere est, verbum Dei, quæ omnia præstabat Maria
in templo præsentata attente audiens, & legens scrip-
turas, ut sibi loquentem Deum haberet, erat, ut ait
Ambr: l. de Virginib: Loquendi parcius, legendi studio-
sior; nam teste eodem (l. 1. Off: c. 20.) Christum audimus
cum Divina legimus oracula; & Hieron: ad Eustochiam
Oras, loqueris ad sponsum; Legis, ille tibi loquitur; Hinc
vere beata Virgo Maria, quæ adeo diligenter & amare
audiebat Verbum Dei ut custodiret illud: & hic sit fru-
tus auditionis Verbi Dei, ut scilicet Mariam imitatio
a primis annis curemus audita exequi, & sancta audire

2. Sed & præterea relucet in Maria in templo eximius
 amor solitudinis & silentii, quia in primis, ut notat S.
 Bernardus Serm: in illud Apoc: Signum magnum &c, in
 omni textu 4. Evangeliorum non nisi quater Maria lo-
 quens auditur: hoc que pauca admodum, & necessaria,
 ut ait S. Bernardin: nil unquam locuta quod non
 præmeditata, nullius consortium expetens cui Deus to-
 tum erat, a quo nil super terram volebat, mente & cor-
 de revolvens illud Canticum Dilectus meus mihi &
ego illi inter ubera mea commorabitur, Veni dilecte
 mi habo tibi ubera mea, quare Ambrosius L. 2. in Luc:
 sic loquitur: Maria sola in penetrabilibus, quam nemo
virorum videret, sola sine comite, sine teste, ne quo
generere depravaretur affatu, & Bern: serm: 41. in Cant:
Sancta anima sola esto, ut soli omnium serves te-
mporalem, quem ex omnibus tibi elegisti, O! solitudo bea-
 ta (idem homil: de Negotiatore) mors vitiorum, vita vir-
 tutum. Hinc Mariam recte comparat turturi avi-
 solitaria, & nos omnes ita hortatur: Tu vero, qui
 hæc audis, ut non otiose audias, sed eas juxta Pro-
 phetam solitarius in tecto, sede solitarius sicut
 turtur, nil tibi cum multitudine cæterorum...
 De cætero indicitur tibi mentis & spiritus solitudo.
 solus es, si non communia cogites, si non affectes præ-
 sentia &c alioqui nec si solus corpore es, solus es,
 Admiremur igitur & imitemur Deiparam, quam

^x sup: serm: 41.
 in Cant:

16. S. Ephrem Monachorum ac solitariorum stabiliti-
mentum, appellat; Silentium imitemur, sola neces-
saria aut utilia loquentes; solitudinem amemus, pro-
va saltem horrentes consortia

3. Quid tandem ac
Mariæ in templo oratione, ac rerum Divinarum
contemplatione profundissimâ? Symbolum hujus
Marianæ virtutis Cypressum ponunt aliqui, quia
pro altitudine suâ mentis ad caelestia elevationem
representat, alii Rosam aromaticam vocant cele-
stium meditationem ac contemplationem, quam alii
^{fragrantissimo} comparant incenso pro odoris suavitate
unde Maria dicere potuit: sicut cypressus in motu
sion exaltata sum, & quasi plantatio rosæ in Jericho
Ecc: 24. cujus oratio sicut incensum dirigebatur ad
Deum. Ps: & longe excellentiori modo quam Anna
illa (Luc: 2.) non discedebat de templo jejuniis & orationibus
serviens die ac nocte, fecit que sibi (Job: 1.
& 2.) secretum cubiculum scordis sui scilicet & mentis
sue) in superioribus domus suæ, in quo morabatur
& in hoc cubiculo, clauso ostio (id est seclusis terris
orabat patrem suum in abscondito, Math: 6. Solita-
ria & tacens (Thren: 3. 28.) levabat se supra se. Sed
quid mirum quod jam in templo contemplationis
adeo sublimi dono gauderet B. Virgo, si, ut loquitur
S. Bern: Sen: Serm: 61. Tanto lumine illustrata fuit
cum adhuc esset in ventre matris, ut non tantum

pena fuerit lumine rationis, sed etiam altissima 17.
contemplationis, eò sublimata ut Deum perfectius
contemplaretur in utero materno, quam alii in eta-
te perfecta, magis que excessit in contemplatione dor-
mundo, quam alii vigilando, ... unde ipsa: Ego dor-
mivi & cor meum vigilat, in contemplatione videlicet
perfecta à nulla actione debilitata, ut habet idem
serm: 51. art: 1. & S. Hieronimus serm: 5. de Assumpt:
Virgo Maria, inquit utramque vitam ad plenum exer-
civit, activam laudabilem, quam Martha opere exco-
lavit, & contemplativam optimam, quam Maria audi-
endo & diligendo obtinuit; non enim putemus B^{em}am
Virginem in templo otiosam fuisse vel etiam corpore,
saltem ut nobis etiam externa occupationis daret exem-
plum, nec soli mentis orationi, sed & oris precationi
intendisse, ut docet S. Bonav: Spec: c. 4. his verbis: Ma-
ria nostra non solum mentem in sanctis meditationi-
bus, non solum linguam in devotis orationibus, sed etiam
manus in bonis operibus sedulas habuit; quia duplex
vita, activa scilicet & contemplativa, duplici illi alic
comparari solet, Data illi mulieri (Apocal: 12.) aqui-
le magne quibus Maria volabat ad Deum, & simul
in habitatione sancta coram Deo ministrabat (Ecl: 4)

4.

Restat ut expensas Mariae in templo virtutes imita-
ri conemur: s^o ut Verbi divini prædicationi sedulo

18. *constantiter & devote assistamus, & audita opere compleamus, timentes que Dñm (Ecclesi: 32) ejus doctrinam excipiamus, nec non & pia legamus attente scripta hortante Cypriano sic Donatum: Sit tibi vel oratio assidua, vel lectio: nunc cum Deo loquere, nunc tecum) 2º. silentium assidue observemus, quia, Ambrosio teste (L. 3. Offic: cap: 1.) Tanto quis facundior est cum Deo & Angelis quanto inter homines taciturnus & ut Isaias (c. 32.) dicit Cultus justitiæ silentium, & solitudinem quoque amemus oportet, quia Solitaria magnus ille ait Antonius) cum solo corde suo luctamen est, is autem, qui inter furbas est, hostes suos nunquam numeraverit, nam cum oculis, lingua, auribus satis tricarum habet, etsi quies sit ab aliis hostibus; qui solus est, extra tale bellum servat, unde dicit S. Justinus Martyr: (Epist. ad Zenam, & Seren. Cœnobitas) Qui vult feliciter vivere, studeat nec videre multa nec audire, 4º. Demum simus sanctis orationibus & meditationibus dediti, cum Orahio, teste Augustino si attenta sit, oranti sit præsidium, Deo sacrificium, Dæmoni flagellum) Ascendamus igitur (verba ait Bernardi Ser: 1. de S. Andrea) velut quibusdam pedibus Meditatione & Oratione; illa enim docet quid desit, hanc ne desit obtinet, Otium denique vitemus diligenter operantes manibus nostris, ut nos semper diabolus inveniat sancte occupatos. (Hieron: ad Rusticum) 9*

Die XXIII. Januarii: in Feste
Desponsationis B. Mariæ V. cum
Sancto Josepho

19.

Thema: Cum esset Desponsata Mater eius Mariæ
Joseph. Matth. 1.

Suppl: Virgo Mariæ, in sua Desponsatione, casti-
tatis exemplum præbet eximia, & conjuga-
tis in Exemplar proponitur

1. Anno decimo quarto ætatis inchoato statuit B. V.
ex Divino consilio suæ virginitalis consortem per-
cipere Matrimonium recipere Virum castissimum
& excellentissimum S. Joseph de stirpe David, neque
enim ambigebat multo ante a se emissum Virginita-
tis votum huius matrimonii vinculis minime teme-
randum, licet enim bona bona sit pudicitia conju-
galis, melior tamen est (ait Augustinus de St. Vid.)
continentia Virginalis, quam prima omnium S. Virgo
Deo vorvit perpetuam: Hinc Mariæ in castissimis
pupillis recte palmæ comparaveris: juxta Plini-
um enim (L. 13. nat. hist. c. 4.) inter palmas masculinæ
feminæque sexum reperitur, & absque ulla radicum
commixtione solo odore & aspectu una ab altera fe-
cundatur: sic Mariæ Quasi palma (Ecc. 24) exaltata
id est (ut legit alius, in Mundo Mariano Chrysogoni) mari-
tata est, & Joseph, cum esset iustus juxta Psalmis-
tam, ut palma florebat: noluit ergo Dominus, Mariam

20. Virgineam palmam fructum suum benedictum pro-
dicere priusquam matrimonii purissimi vinculo
sponso suo Ioseph uniretur, tum ne concepitse vi-
deretur ex adulterio, etiam ut partus eius mysteria
diabolo celaretur, ut censet S. Martyr Ignatius &
ut Albertus Magnus loquitur: Si Christus de non
desponsata nasceretur illegitimus haberetur, & sic do-
ctrina eius juste coram hominibus refutaretur. O
conjugium verum & sanctum (exclamat Rupertus
Abbas in Matth: 1. citata verba thematis) o! conjugium
caeleste non terrenum: unus spiritus & una fides e-
rat in eis, sola illis carnis corruptio desivit.

Rosa vere argentea pro suo candore vocari pro
Marie Virginitas, nec non & liliū gratiosissimum
dilecto suo, qui pascitur inter lilia (Cant: 2) qui que-
licet Matrem voluerit nubere, non tamen passus
Epiphanius ut ^{Epiphanius} ~~Epiphanius~~ loquitur, ab ea liliū tolli Virginitatis
Ecce Virgo concipiet & pariet filium (Isai: 7) Virgo
ante partum, in partu, & post illum esse oportet
ex qua nasci dignatus est Christus, ut iuxta
nimum Christus & Maria vtriusque sexus vir-
ginitatis dedicarent principia, cui nos adbere pos-
mus Mariam desponsatam voluisse, ut cum Ioseph
conjugatos doceret puritatis insignia. O! mira
virtus castitas! cuius cingulo si careamus, quam

que virtute polleamus, inquit Hieronimus, omnia 21.
per terram trahimus. Virgo & mater (ait Bernardus
serm. 3. vigil: Nat: Dñi) admirabilis plane & singularis
mixtura! sola hæc est, in qua virginitas & fecunditas
obvia verunt sibi, O! rara Mariae Virginitas pro cuius
custodia, tot naturæ jura transversa sunt! quam
Deo placens castitas, quam sibi promissam ut servaret
virgo, tot miracula patravit! Sit quoque nobis caris-
sima virtus ista: cum Omnis ponderatio (Eccl: 26.)
non sit digna continentis animæ, hæc, teste Bernardo
Angelum de homine facit, cuius iactura, ipso aiente
Ovidio (Ep: 15. Heroidum) Nulla reparabilis arte est, &
plura Encomia late ubique reperire est apud Doc-
tores.

3. Sed & hic conjugalis castitatis rarum est
Virgo nostra Exemplar, potuit que dicere illud Sa-
re, uxoris Tobie junioris: Tu scis Dñe, quia nun-
quam concupivi virum, & mundam servavi animam
meam ab omni concupiscentia; virum autem cum
timore tuo, non autem cum libidine mea consensu
suscepere, (Tob:) Discant conjugali continentiam ser-
vare, vel saltem nunquam ultra liciti limites progre-
di: in Magno enim Matrimonii Sacramento bono sine
suscepto abundans latet gratia, ut illicita caveantur,
& sobrie licitis utatur. & quia non omnibus datum
est Virginitatis perpetuæ donum, Qui se non continent,

22. (ait Paulus 1. Cor: 7.) nubant, melius est enim nubere
quam uri, hic tamen ibidem monet Apostolus, ut con-
jugati multo se sanctificent, sic que pro posse castitate
Mariæ conjugium imitabuntur, & hoc Spiritus Sancti
cominium merebuntur: Quam pulchra est casta gene-
ratio (Sap: 4.) atque eorum Matrimonium vere Christi
cum Ecclesia unionem representabit, juxta illud (Ephes)
Diligite uxores vestras sicut Christus Ecclesiam, sicut
Sanctorum caste vixerunt in Matrimonio consummato,
ab omnibus scilicet abstinentes illicitis; sed longe perpe-
tuis sacrum Mariæ connubium imitati sunt, qui in Ma-
trimonio solum rati conjuncti, licet etiam se pri-
varunt deliciis, perpetuæ cupidi Virginitatis, ut S. Hen-
ricus cum Sancta Cunegunda. Præclare ad propo-
situm hic nostrum locutus est S. Aldhelmus occidenta-
lium Saxonum Episcopus sub an: Dni 680. (to: 3. P. 112
SS. PP. in libello de laudib: virginit: c. 9.) cujus versio
finis: Cum, inquit, sint status in Ecclesia Virginitas,
Celibatus & Connubium ex revelatione angelica didici-
mus, si meritorum ratio habenda est, eum has inter vi-
tutes esse constituendum ordinem, ut sit virginitas au-
rum, celibatus argentum, conjugium æramentum: vir-
ginitas divitiæ, celibatus mediocritas, conjugium paupe-
tas: Virginitas regina, celibatus dominus, jugalitas
ancilla: Hæc ille

Die

Die **xxv.** Martii in Festo
Annuntiationis B. Mariæ V

23.

Thema: & Ingressus Angelus ad eam dixit: Ave
gratia plena, Luc: 1.

Scopus: Salutationis Angelicæ mysteria consideran-
da proponuntur, & laudanda ac imitanda
Mariæ humilitas ostenditur

1. *Missus est, incipit Evangelium hodiernum, Angelus
Gabriel a Deo, -- ad Virginem desponsatam viro cui
nomen erat Joseph de domo David, & nomen Virginis
Mariæ: & ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gra-
tia plena. Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus*
*latent hic (dicit Ambros: l. 2. in Luc:) Divina myste-
ria, nec facile juxta propheticum dictum, quisnam
hominum potest scire consilium Dei unde nobis de
Verbi Dei incarnatione mirabili agitur, humili dece-
ret cuncta venerari silentio, at hic nobis non licet
vallem qua Deiparam concernunt ex toto tacere:
ejus ergo salutationis pro tenuitate nostra rimari ten-
tamus mysteria, ac ejus tam expressa humilitatis in-
dicia* & quidem de hoc die boni nuncii sic *Gabriel Driel*
*Baed: (Sermon 2. de Annunc:) loquitur: O! Sacra his-
tória dies & omni jucunditate plena, in qua lapsa
revertatur natura, vetustas proicitur, salus perdita
innovatur. Absit, absit, ut in hac die sileat lingua
carnis a jucundis laudibus,*

*Theologus Spi-
rensis*

2. In primis dixit

24. Angelus: Ave, quæ vox, non tantum salutationis
 sed & congratulationis fuit, quasi dixisset: applaude
 tibi, ò Virgo sanctissima, quod modo conceptura sis
 in utero Verbum Dei, & recte utitur verbo Ave quod
 inversum est Eva quia Maria Eva maledictionem
 (Gen: 3.) in benedictionem convertit sumens illud Ave
 mutans Eva nomen, ut canit Ecclesia. Addidit: Gra
tia plena & Bene plena (inquit Bernardus serm: 3.
 inter parvos) quia Deo, & Angelis, & hominibus gratia
 hominibus propter fecunditatem, Angelis propter virgini
 tatem, Deo propter humilitatem, Bene plena (ait Hi
 ronimus) quia cæteris per partes præstatur, Maria ve
 ro se tota infundit plenitudo gratiæ, Sanctis quoque
 Ambrosius L. 1. in Luc: 2. dicit: Bene sola gratiâ plena
 dicitur, quæ sola gratiam, quam nulla alia meruerit
 consecuta est, ut gratiæ repleatur auctore, Christo sc
 licet pleno gratiæ & veritatis, ut habetur Joan: 1. &
 sane, ut loquitur Chrysostomus apud Metaphr: Quis
 Mariâ sanctius? non propheta, non Martyres, non
 Patriarchæ, non Angeli, non Throni, non Sédationes, non
 Seraphim, non Cherubim, non denique aliud inter crea
 tas res visibiles aut invisibiles, majus aut excellentius
 inveniri potest. Dominus tecum, prosequitur An
 gelus, Tecum in mente (explicat Augustinus) tecum
 in auxilio, tecum in ventre, & Bernardus (serm: 3. super
 hoc) Pater tecum, qui filium suum facit & tuum;

Sermon: 13.
 de 3. h. s.

Filius tecum, qui miro modo & sibi reserat genitale 25.
secretum, & tibi servat virginale signaculum; Spiritus
sanctus tecum, qui cum Patre & Filio tuum sanctificat
verum, O! quam merito addidit Gabriel Benedicta
tu in mulieribus Tu (ait Aug: ser: 18. de S:is) quæ vitam
& viris & mulieribus peperisti... Auctrix peccati Evæ
auctrix meriti Mariæ, Evæ occidendo obfuit, Mariæ
vivificando profuit: illa percussit, ista sanavit: fides pro
perfidia compensatur, Unde Gabriel Archangelus dic-
ta omnia ad Virginem proferebat summa reverentia
etiam exteriori, juxta illud S: Thomæ (Opusc: 8. in salut:
Angelicam) Considerandum, quod antiquitus erat valde
magnum quod Angeli apparerent hominibus, vel quod
homines eis facerent reverentiam habebant pro maxima
laude; quare ad laudem Abrahæ scribitur, quod rece-
pit Angelos hospitio & exhiberit eis reverentiam: quod
autem Angelus faceret homini reverentiam, nunquam
fuit auditum, nisi postquam salutavit reverenter Ga-
briel B:mar: Virginem, quam S: Bonav: merito vo-
cat Totius Trinitatis nobile triclinium 2

3. Nunc
Mariæ responsa consideremus omni humilitate re-
jecta; juxta illud Eccl: consilium (cap: 3. v: 20) quando
magnus es, humilia te in omnibus, & Sicut nulla (ut
bono notat Bern: Sen: to: 1. ser: 51. a. 1. c. 2) post Filium Dei
creatura tantum ascendit in gratiæ dignitatem, sic nec
tantum descendit in abyssum humilitatis profundæ...

26. Ant: 3. c. 2. Virgo continue habebat actualem relatio-
nem ad Divinam Majestatem, & ad suam nihilitatem
& ideo antequam responderet, turbata est in sermone
Luce supra ejus & cogitabat qualis esset ista saluatio. Adhuc
incarnationis mysterium non audiuit: De solis suis
Laudibus erubescit, & angelica confortatione indiget:
Ne timeas &c. Sed ubi Legationis suae finem insinuauit
Angelus, Quomodo fiet istud? respondit non dubitans, sed
admirans prae sua humilitate, quod tam magna in se
perficienda essent mysteria; & admirationis causam
reddidit: quoniam virum non cognosco; licet enim ut
supra vidimus desponsata esset, id sine ulla Virgini-
tatis cessione Deo volente fecerat: aliunde quia se
tanti portentis indignam humillime iudicabat; ut si
mul mater & virgo fieret, inde illud Quomodo pro-
tulit: ubi etiam observandum venit, quod nec talis
Maternitatem admittere vellet, si Deo promissa Vir-
ginitas violanda esset.

4. Sed humilitatis suae
omnium maximum dedit indicium, dum ultimo re-
pondit Virgo humillima aequae ac obedientissimae:
inquit, ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum.
Quae est haec (clamat Bernardus hic hom: 4) tam
sublimis humilitas, quae cedere non novit honoribus,
insolescere gloriae nescit? Mater Dei eligitur, & an-
tam se nominat! non mediocri reverentia humilitatis
insigne, nec oblata tanta gloriae oblivisci humilitatis

Richardus a S. Laurent: interpretatus illud Ps: 73. Deus 27.
operatus est salutem in medio terræ, Id est, inquit, in
utero Virginis, qui mirabili proprietate terræ centricū
punctum dicitur, a quo linea ducta in longum proten-
ditur. punctum in circulo est Mariæ humilitas, a qua
exemplum accipiat tota mundi circumferentia. S. Bo-
naventura in Spec: c. 4. O! mira, inquit, & profunda M.
humilitas! Ecce Mariam Archangelus alloquitur, gratiā
plena dicitur, superventio Spiritūs S. promittitur, in Ma-
trem Dñi assumitur, Dña Cæli & terræ efficitur, & in
his omnibus mira humilitate deprimitur dicens: Ecce
ancilla. S. Bern: serm: 42. in Cant: nardo comparat
humilitatem Mariæ, exponens illud cant: 1. Dum esset
rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suavita-
tis. Nardus, ait humilis herba est, & calidæ naturæ, per
hanc non inconvenienter virtus humilitatis accipitur,
quæ sancti amoris vaporibus flagret, & serm: 4. de
Assumpt: B. V. Unde tibi tanta humilitas o Beata!
Digna plane quam respiceret Dñus, cuius decorem con-
cupisceret Rex, cuius odore suavissimo ab æterno illo
patris sinu atraheretur accubiti. Audi Mariam in
Evangelio: Respexit humilitatem ancillæ suæ: audicā
dem in Epithalamio: Cum esset Rex in accubitu suo
Nardus mea dedit odorem suum. Nardus quippe
herba humilis est, & pectus purgat, ut manifestum

28. sit, nardi nomine humilitatem designari, cuius
odor & decor invenerit gratiam apud Deum.
Simili ratione Cardinalis Halgrinus Nardum Vir-
ginis humilitatem interpretatus est, unde ita lo-
quentem introducit: Cum adhuc esset Filius insinu-
Patris nondum factus visibilis, Nardus mea, id est,
humilitas mea, in conspectu ejus dedit odorem suum
& sic ei complacuit. Quia respexit humilitatem an-
cille suae ecce enim ex hoc Beatum me dicent om-
nes generationes. Videte quæso (monet Bern. Ser-
to: 2. Ser: 48.) o stulte & indomite Virgines humili-
tatem Mariæ quanta abiectione se dejicit, cum ad-
altissima sublevatur. Dum amplius a Dño exaltatur
magis in spiritu humiliatur, amplius que de illa Dñs
inamorahtur, & sane Prima virtus (ut habet S. Me-
thidis L. 1. revelat:) in qua Virgo nata & infans se sin-
gulariter exercuit, fuit humilitas, & nos, Charis-
simi (loquitur Hugo Victorin: Sermon: 46.). Beatissimam
Virginem imitemur quantum valemus... capit ad imo
deponamus, de nobis humillima semper sentiendo: con-
formemur B. Virgini pro viribus in sanctitate, ut
conformes illi fieri mereamur in Beatitudine.

Amen

Die

Die II. Julii. In Feste 29.
Visitacionis B. Mariae V.

Thema: Exurgens Maria abiit cum festinatione in civitatem iuda, .. & salutavit Elisabeth. Lu. 1.

Scopus: Laudatur pia Mariae peregrinatio, ejus humilis charitas, & in proximos beneficia

1. Haud facile erit expendere quot virtutes resplendant in hac sancta Mariae peregrinatione, nam & mortificationem exercuit abiens pedibus in montana; diligentiam, cum festinatione, humilitatem & charitatem, salutando & invisendo cognatam suam Elisabeth, & pietatem ac misericordiam tot beneficiis domum illam cumulando & in primis quantum molestia in itinere perhulerit, ex eo colligi potest, quod cum delicata eset puella, per saxa montana pedes incederet, & cum festinatione iter illud susciperet, quod ex opinione quorundam, est Leucarum 24. (a- & apud Drexel: quid Petrus Sanchez Ord: Praed: Vida de N^a S^a)^x Mariam Leucar: 32. in hac peregrinatione comparare solent Lilio convallium, Cedro Libani, Cypressis in monte Sion, harum plantarum proprietates mystice accommodando Mariae peregrinantis virtutibus. Diligentiam ejus recte comparaveris Rosae Aethiopiae cujus ardentissimus color inhiuentium oculis mire praelucet; sic qui videret Mariam festinanter quidem ambulantem, sed

30. simul quã par erat modestia & gravitate, ut in
ejus vultu fulgor irradiaret solis justitiæ se inhabi-
tantis. 2

2. Sed Benedicte Virginis attente considere-
mus humilem charitatem in homines. Vide (verba
sunt Seraphici Doct: Bonav: in spec: c. 4) quomodo illa
Visitatio Mariæ plena fuit charitate... quid enim
eam ad officium charitatis festinare cogebat, nisi cha-
ritas, quæ in corde ejus fervebat... Væ ergo tardis
ad opera charitatis. Mariæ item ore charitatem
proximi fovebat dum Elisabetha salutabat... væ eis
qui propter odium salutationem proximo negant,
vel dolose salutant, ut Judas Christum... Mariæ
item charitatem non solum corde habebat, non so-
lum ore fovebat, sed etiam opere exercebat, cum
mansit cum illa quasi mensibus tribus, mansit
videlicet pro ministerio & consolatione Elisabethæ.
Unde Ambrosius: quæ propter officium venerat offi-
cio inhærebatur, hucusque Mariam ille Plantes.
& cant: 2. dicit de se Mariæ: Ordinavit in me chari-
tatem, & Bernardus Virginem alloquens. Tu vir-
tutum omnium, inquit, speciosis vernas floribus, in-
ter quos pulcherrimos tres miramur in te, ò excel-
lentissima: Hi sunt, quorum odore totam Dominum
Dñi replet, ò Mariæ, Viola humilitatis, Lilium casti-
tatis, Rosa charitatis, & S. Pet: Damianus ad rem
omnino: Scio, inquit, quia benignissima es, & amas

nos amore invincibili, quos in te, & per te Filius 37.
filius summa dilectione dilexit, ~

3. Charitas Mariae
erat efficax & robusta, juxta illud Joan: Ep: 1. c. 3. Fi-
lioli non diligamus verbo, neque lingua, sed opere &
veritate, nam, ut audivit Elisabeth salutationem, Ma-
riae sensit exultantem in utero suo Joannem, & repleta
est spiritu Sto & profetavit, & Zacharias amissam reci-
peravit loquelam in natiuitate filii sui cui aderat Ma-
ria, & alia plura trimestris Visitationis tempore rece-
perunt beneficia ita ut de Virgine dici possit, quod de
filio suo dicendum erat: Luc: 15. Virtus de illa exibat, &
sanabat omnes, cuius solo aspectu, ut ait S. Th. de Villan:
Virgines fiebant & omnium virtutum amatores, ita ut
non solius corporis sed & animae sanaret languores ac
debetus. Vide dicit Bonavent: quanta virtus sit in
verbis Dñae, quia ad eorum pronunciationem confertur
spiritus Sanctus, sic enim abundanter ipso erat plena, ut
eius meritis ipse spūs Sctūs etiam alios replet, S. Pet:
Damianus Serm: 63. Sicut, inquit, Mariae Virginitas
Sbō Joannis virginitatem excedit, quia Deistica, sic ipse
pro glorioso ejus contubernio caetero a mundi primor-
dio virgines antecellit, O! Virgo benedicta, sonet bene-
fica vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, Cant:
2. Spiritus huius super mel, & haereditas tua super
mel & favum, Eccl: 24. Favus distillans labia tua

to exclamat ad hæc Elisabeth: & unde hoc mihi, ut
 veniat Mater Dñi mei ad me? nam experiebatur hæc
 Charismatum Divinissimi spiritus, ceu fontium uberrimorum
 abundantiam de Virgine, tanquam de locove-
 luptatis promanantium: quod contemplans Guerricus
 Abbas serm: 1. de Nat: S. Joan: sic loquitur: Vere gra-
 tia plena Maria, manifeste Deus totius gratie in eam
 erat, de cuius munificentia tam copiose, tam magnifice
 principaliter in Matrem, de matre in joannem, de jo-
 anne in parentes gratia largitas profusebat: Flu-
 mina prorsus de ventre Mariæ fluebant aqua
 viva, & fons vitæ & gratiæ oriebatur ad irrigandam
 ligna paradysi de medio paradisi, & inde etiam dicit
 Mariæ Elisabeth: Benedicta tu inter mulieres & ben-
 dictus fructus ventris tui, quasi diceret: Tu gloria
 jerusalem, tu lætitia israel, tu honorificentia populi
 nostri, Judith. 15. & S. Bern: serm: hic 3. Non quia tu
 benedicta, ideo benedictus fructus ventris tui, sed quia
 ille te prævenit in benedictionibus dulcedinis, ideo tu
 benedicta, vere etenim benedictus fructus ventris tui
 in quo benedictæ sunt omnes gentes, de cuius plenitudi-
 ne tu quoque accepisti cum cæteris, etsi differentiis à
 cæteris, & serm: 1. de Assumpt: Dubitare quis potest
 omnino in affectum charitatis transisse Me. visere,

in quibus ipsa quae ex Deo est charitas novem men- 33
sibus corporaliter requievit, Tandem ad suas lau-
des humillima Virgo iterum erubescit & canticum il-
lud magnificat humilitate plenum cecinit. ~

5. Omni-
bus ergo auditis ad imitationem accendamus 1. sinus
sacrarum peregrinationum amatores, & mundanas fu-
giamus visitationes, quas piium non cohonestavit motivū
Aliter, non erit hoc peregrinari sed errare (dicit Se-
neca Ep: 104) nec ullam tibi opem feret iste discursus: pe-
reginarius enim cum affectibus huius, & mala te tua se-
quuntur, imitemur modestam illam diligentiam, nam
ut rectissime dixit Thomas Kempensis (L. i. c. 25.) Sine
solicitudine & diligentia non acquires virtutes: homo
diligens ad omnia est paratus, Mortificationem sectemur
semper mortificationem Jesu in corpore nostro circum- 2. Cor: 4.
ferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris,
Humilitati insistamus, ut inveniamus requiem ani-
mabus nostris (Matth: 11) & quia Deus superbis resistit
humilibus autem dat gratiam, & sane humilitas est fun-
damentum custos quae virtutum, Bern: serm: 1. de Nativ: &
Etiam si (ut idem ait serm: 4. super Missis) Virgo Maria
ex Virginitate Deo placuit, tamen ex humilitate concepit.
Semper Charitatem ad invicem habeamus, quae univer-
sa operit delicta, Proverb: 10. & quia, Apostolo dicente, 1. Tim: 1.
Præcipiis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia
bona, & fide non ficta ~ Die

Die XVIII. Decembris
in Festo Expectationis B. MARIE. V.

Textus: Quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei. Luc: 1.

Scopus: Quomodo letum suum partum expectaverit SS. Virgo, Patres antiqui, & Orbis totus. ^{Ubi} Spes, ^{et} Fides Mariae laudatur & imitanda proponitur utraque illa Theodogalis virtus

1. Quanto desiderio sacratissimi sui partus quere in dies expectabat flagraverit Virgo Benedicta, nullis explicari verbis potest; quoties illud Cant: 5. corde & ore pronuntiaverit: Veniat dilectus meus & comedat fructum pomorum suorum. .. venter meus intremuit ad tactum ejus, & cap: 8. Quis mihi det ut inveniam te foris, & deosculer te!, & viso Joanne ~~Evangelista~~ ^{Præcuratore} abo dubio exclamabat: Cant: 2. Vox dilecti mei, ecce iste venit. Quot clamores Patrum antiquorum in Limbo detentorum qui totis universi nomine clamabant in celum: *Rorate* isa: 45. cæli desuper & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet salvatorem, Excita potentiam tuam & veni & magna nobis virtute succurre. (Orat: *Antic 4. Adv.*) Veni ad redimendum nos *Dñs* & magna spe filii promissum Redemptorem expectabant, juxta illud Ps: 21. in te speraverunt Patres nostri, speraverunt, & liberasti eos, ad te

clamaverunt, & salvi facti sunt, nam Egredietur 35.
virga de radice Jesse & flos de radice ejus ascendet
& requiescet super eum spiritus Dñi, & hostes juda-
peribunt, Isa: 11.) & c. 40. Ecce Deus vester veniet, 62.
Dicit filite sion: ecce salvator tuus venit, 64. Oculus
non vidit, Deus, quæ præparasti expectantibus te, Jere:
53. Ecce dies veniunt dicit Dñus, & suscitabo Verbum
bonum quod locutus sum, Aggæi: 2. & veniet desideratus
cunctis gentibus, Malach: 3. Statim veniet Dñator,
quem vos quæritis, & Angelus testamenti quem vos vultis,
Hinc & Maria expectans expectabat Dñum ut pareret
omnibus Salvatorem, & quod tam intime sibi unitum
habebat bonum, communicaret cunctis gentibus. 2.

In quibus hic loco ponderanda venit deiparæ excel-
lentissima fides, quæ meruit in se tot miranda perfici a
Dño, sicut a Prophetante Elisabeth cognata silæ. quæ dicitur
Luc: 1. Beata quæ credidisti, quoniam perficientur
ea quæ dicta sunt tibi a Dño, & longe verius quam
de Abrahamo de illa dici potest: Contra spem in spem
credidit, ut fieret Mater multarum gentium, Rom: 4.
unde sic habet S. Aug: lib: de Sta Virginit: c. 3. Sacra-
tissima Virgo beator fuit per fidem perfectam conci-
piendo Deum in anima, quam in corpore, nam etsi tan-
ta sit dignitas, Dei Matrem esse, ut major homini con-
ferri non possit, ea tamen sola, jure ad immortalē
gloriam non dedit, sed fides vivacissima, quæ charita-
ti

36. *ti juncta Virginem super universos Angelorum
ordines erexit, Quam opportune interrogat S. Lucas
Evang: c. 18. Filius hominis veniens, putas inveniet
idem in terra? & tamen, teste Apostolo, Hebra: 11. sine
fide impossibile est placere Deo, & Marc: 9. Omnia pos-
sibilia sunt credenti, si habueritis fidem sicut granum
napis... nihil impossibile erit vobis. Fidei symbolum
representativum Onycham ponit Origenes eo quod
onyx concha sit parva, odorifera, & in se continet
pisciculum, qui ut scribit Dioscorides l. 2. c. 10. nardo
nutritur unde concha suum odorem participat, que-
cum per modum scuti cuius habet formam, piscicu-
lum defendat, per eam apte Mariæ fidem nostræ
dei scutum fortissimum symbolizari dicemus, nec
tantummodo, sed & muris & turris Cant: 8. super
quod Hugo Card: sic affatur: B. Virgo murus est
bilis ac firmus nobis ad defensionem & munitionem
datus, super quem Dñs fabricavit propugnacula ar-
gentæ, id est divina eloquia: siquidem Maria con-
servabat omnia verba hæc conferens in corde suo. Ad-
damus bellam aliam comparisonem ab Angelo factam
Serm: ad S. Brigitt: c. 5. Quemadmodum Deus (inquit
Mariam alloquens) duo luminaria simul cum stellis
huic mundo necessaria creavit, unum quod præset
diei, & alterum ut præset nocti, ita & inter Virgo
alia duo luminaria clariora faciendâ prævidit
primum hæc obedientia, quæ instar solis coram hæc*

Angelis & hominibus lucidissime radiaret, secundum 37.
tria constantissima fides, qua multi nocturno tempore
(huius vite scilicet) erant ducendi, hinc Mariæ in sua
expectatione fides splendida Luna Mundi appellari
potest, qua omnium hominum in cordibus irradiabat
ut promissum iustitiae Solem brevi nasciturum crederent
Donec dies illa illucescat & expellat tenebras, quæ erant
super faciem abyssi: unde & hic Mariæ Aurora
propriissime iterum dici potest, quæ unicuique nostrum
dicit illud Ps: 26. Expecta Dñm, viriliter age & confortetur
cor tuum, & veniens veniet & non tardabit, & re-
plebit in bonis omne desiderium nostrum, 2

3. Erat

quoque Mariæ Expectantis suum partum fides mag-
nâ Spe ornata, quâ non solum patienter sed & hila-
riter expectabat iuxta illud Rom: 12. Spe gaudentes,
& Ps: 129. Speret israel in Dño quia apud Dñm mi-
sericordia & copiosa apud eum Redemptio, ita ut de
se dicat: Ego Mater pulchræ dilectionis... & sanctæ spei, Gal: 24.
& ad Deum: Quoniam in Dño singulariter in spe constitu-
isti me Ps: 4. Nam ut ait S. Augustinus to: 10. ser: 6.
De Aeternis Dñi: Gaudium nostrum cum nondum est in re
sit in spe, sit que spes nostra tam certa quasi jam res
esset perfecta, atque in sua spe se conformabat B. V.
cum eo quod Apostolus 1. Cor: 9. dicit: Debet in spe, qui
arat, arare, & qui trahit in spe fructus percipiendi,
unde Christus dicere potuit illud Ps: 21. Spes mea (id est

38 De me) ab uberibus Matris meae. De Die Expectationis dici potest illud Jerem: 23. In diebus illis Israel habitabit confidenter, Isa: 14. Prope est ut veniat tempus ejus, & dies ejus non elongabuntur Gen: 49. Qui mittendus est, ipse erit Expectatio gentium. Quare ad Rom: 15. dicitur: Deus spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis in spe. Nos ergo cum Maria firmiter credamus, speremus, & expectemus nobis promissa a Deo, & Festum Sacratissimi Virginis partus prevenientes cum Ecclesia multoties devote & confidenter exclamemus: O! O! O! veni Dñe ad docendum, redimendum, liberandum, illuminandum & salvandum nos! & a Virgine Dño postulemus, ut digne eam laudare, & imitari valeamus

Die II. Februarii
In Festo Purificationis B. MARIE U

Thema: Postquam impleti sunt dies purgationis Mariae secundum legem Moysi tulerunt Jesus ut sisterent eum Dño & Luc: 2.

Scopus: Mariae Obedientia, & Paupertas eximia ostenditur

1. Lex erat ut omne masculinum primogenitum accipiens vulvam matris presentaretur Dño in templo ejus. Exodi cap: 13. & alia lex erat, ut omnis mulier si suscepto semine pepererit, post explem sua purificationis

cautionis tempus, pro filio vel filia offerret agnum 39.
anniculum in holocaustum, & quod si pro pauper-
tate non potuerit offerre agnum, sumat duos turtores
vel duos pullos columbarum unum in holocaustum
& alterum pro peccato, orabitque pro ea sacerdos, &
sic mundabitur. Levitici 12. Quis jam non videt
nulli harum legum obstructam fuisse immaculatam
Deiparam; non 1^a quia quem peperit eam intactam
& illam reliquit; non 2^a, nam Virgo manens con-
cepit & peperit: voluit tamen Obedientissima Maria
utrique legi se submittere, & in exemplum nostris
nobis, obtemperare, & quidem 2^a pauperum more
deserens par turcium: O! mirabilis paupertatis
amor! o! mira Obedientia! ~

2. Jure meritissi-
mo in primis Sacratissima Virgo nostra ob promp-
tissimum Deo obtemperandi studium Meliostropio
vel Solsequio comparari potest; sicut enim flos is-
te se se ad cursum solis unde quaque circumagit,
ut ita dicam, ad nulum ipsius se movens solis: pa-
riter Maria adeo suam Divinae attemperavit
voluntatem, ut ne sibi videretur ab illa vel in uno
puncto declinare, etiam quae non obligabant voluit
supererogatorie perficere, & quidem si vel tum & in-
estabile in Maria consideremus operatum Incarnatio-
nis Mysterium ab illo Obedientissimo *EST* inceptum

40. reperiemus: indeque S. Theresia, ut in eius vita
scribit Ribera L. 4. c. 21. dicere solita erat: Hac
vera est unio voluntatem meam cum Divina
unire: hanc quero, hanc in omnibus esse velim,
sic dicere potuit Maria: Anima mea liquefacta
est, ut dilectus locutus est, id est, exponit Richardus
à S. Laur: lib: 4. ubi dilectus meus locutus est ad me
liquefacta est anima mea, instar liquefacti metalli
ad discurrendum in omnes modulos Divinae volun-
tatis, & hæc metalli comparatio illi placet adeo, ut
post plura alia, dicat: Ratione obedientie comparatur
aurum Mariæ... aurum enim tractabilius est
omnibus metallis, & quanto tractabilius, tanto
subtilibus operibus faciendis competentius, S. Bern
senens: to: 3. serm: 7. pte. 3. sic ad propositum nostri
loquitur: Virgo piissima tota conformis volun-
tati Patris, & Filii, & Spūs S^{ti}, illum unigenitum ve-
rum dilectissimum Simeoni tradidit cum charita-
te ferventi, & liberalitate gratiosa, ac cum virtute
donavit, & alter Bernardinus, de Bustis dictus,
Ord: Min: parte 5. Marial: serm: 7. ad hæc verba
Prov: 15. Mens iusti meditabitur obedientiam,
& ideo, inquit, semper meditabatur Beatissima
quomodo melius Divinae voluntati obediret...
faciebat que illud quod postea suum filium adu-
rum noverat, qui factus fuit nimirum obediens
usque ad mortem Crucis, & notat Augustinus

Auctori

Beatiorem Mariam, quia obedientem, quam quia
Dei Matrem, ex eo quod Mulieri illi exclamanti: *Bea-
tus venter qui te portavit* Jesus respondit: *Quinimo
beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud, quasi
fructus: Beata est Mater mea, quia me portavit, sed
talis non esset ni Verbum Dei audiret & custodiret*
nam 1. Reg. 15. dicitur: *Melior est obedientia quam victi-
me, & auscultare magis quam offerre adipem arietum;*
Prov. 21. *Vir obediens loquetur victoriam;* Aug: in Ps.
76. *Sola obedientia tenet palmam: sola inobedientia
invenit poenam, Marice certe convenit illud Cant: 7.
Collum tuum sicut turris eburnea, collum enim pro
sua flexibilitate est obedientiae aptum symbolum; quia
vero Virgo Beatissima in rebus arduis magna forti-
tudine obediit, rectissime turris vocatur eburnea*

3.

Veniamus ad inclytam Mariam se Purificantis Pau-
perem recte Rosa Lichni comparandam quae Plinio
dicitur: *Nec foliis gaudet, nec gratum spirat odorem* solum
enim quinque foliorum est, odore nullo, & violae magnitu-
dine: *vix namque habet orbis contemptibilis paupertas
quidquam; at in oculis Dei quam grata sit, ex dicen-
di colligere erit.* & primo de Maria paupertatis amante
dicitur Prov: 31. *Multae filiae congregaverunt divitias, tu
supergressa es universas, & Epiphani: in vita Dei para:
Doctis, ait, & amans doctrinam, lana, lino, serico, &
lino laborabat, ut in sudore vultus vesceretur panesuo*

42. & Basilius affirmat cap: s: Monast: Constit: quod tota
familia, quam constituebat Christus, Maria, Joseph, &
pauperes essent in assiduis corporis laboribus versari so-
lita erat & hac ratione quotidianum victum queritans
& quantum erret mundis in contemnenda paupertate. Tu-
lente Romanus Sapiens Seneca asserit his verbis Epist:
Paupertas nulli malum est, nisi repugnanti; & clarus ad
Melviam c. 10. Consol: In paupertate nil mali esse intelligit
quisquis modo nondum pervenit in insaniam omnia in-
vertentis avaritiæ atque luxuriæ; & Minutius Felix
verissime: Quod plerique, inquit, pauperes dicunt, non
est infamia nostra, sed gloria; nec pauper est, qui ne-
eget, qui non inhiat alieno, qui Deo dives est, Non
nos detinere in elogiis Paupertatis, quam Prisci Sapientes
Morum magistram & virtutum consanguineam appel-
larunt, Diogenes Compendiosam legum observationem,
alii, sanitatis matrem, virtutum omnium gymnasium.
Scientiis & artibus aptissimam, dixerunt, immo & ipsi
his commodiorem, ut Ven: Bedæ dicto confirmatur, in
ait in 2. ad Corinth: Pauper in cella dives in conscientia
securior dormit in terra, quam auro dives in purpura.

Hanc vere Evangelicam virtutem sectatus est Regius
nostra ipso quidem effecti, ut in oblatione, quam loci
facit, & in ejus vitæ decursu patet; sed longe plus
& voluntate: Sicut Cypressi caput a rotunditate inani-
men erigitur, sic Maria licet nobilibus parentibus or-

et nobilitatis amplitudine in tenuem paupertatis vir. 43.
quam extenuabatur: est comparatio S. Isidori dicentis:
Si quis librum generationis Christi evolvat, & Mariam
nobis destitutam contempletur, quid aliud sibi videre
videbitur, quam pulcherrimam cypressum, cujus caput
in Regum gloria Divitiis que, cetero roborum qua-
dam, in tenui virginæ hujus Virgule ac pauperilla
oculum sese erigit? hinc Ricardus a S. Laur: Virgi-
nem Deiparam appellat Cyprum rectam, & quidem
per paupertatem recta est, quia paupertas ex Cit: S.
Isidoro: est rectitudo animæ; divitiæ vero faciunt tortio-
sum. Item Maria voluntaria paupertas apte per
Cinnamomum significatur, quæ tenuissimas ac sur-
sum tendentes virgulas habere dicitur: quod sic expli-
cat: Ricardus: in cinnamomi gracilitate nota-
tur tenuitas paupertatis & erectio a terrenis, quia
virga hæc cinnamomi erecta est; in colore cinereo,
odor ipsius paupertatis, quæ non vult lucere sed ma-
gis vilesceat, sicut nec lucet cinis sed vilis est. Unde
Auctor operis imperfecti in Matth: c. 2. dicit Magos in-
venisse Mariam vix unam hircam habentem non
ad ornamentum corporis, sed ad tegumentum nudita-
tis: quæ vestium tenuitas & paupertas quam grata
Deo fuerit, ostendit cælestis sponsus dicens Mariæ
Cant: 4. Odor vestimentorum hircorum sicut odor thui-
ris quia nil profanum in eis relucet, & voluntas tua

44. in hoc Deo dicatur ad Deum suos affectus evellit, vice
tuis Dei honori dicatum, sursum mittit fragrantiam
suam

5. Ex his ergo (sunt fere verba Bernardi de 12
gradib: humil: & superb:) discamus, quanta nos oportet
pro obedientia perpeti, memores illius ad Hebr.
ult: Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui
autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. De
dicamus ad Reginae nostrae exemplum etiam in an-
is, prompte, fortiter, hilariter, submisse, & perseveran-
ter = Ne item paupertatem erubescamus, de qua dicit
Virgo tantum gloriabatur, & inter hujus utilitates
Epist: 17 hujus à Seneca insinuata meminerimus: si vis vere
re animo, aut pauper sis, aut pauperi similis, idcirco
re quasi voluisset, paupertatem animi quietem ge-
nerare in eo, qui vel re ipsa pauper est, vel pauperis
amore & affectu pauperi similis est. & equidem non
non invenitur sapientia, ita nec Maria (dicit D. Lau-
Laur: L. 4. de laudib: B. V.) in terra suaviter vivens.
Tandem que invitet Merces a Deo pauperibus promissa:
Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est
Regnum caelorum, Matth. 5.

Feria

Feria VI. post Dñicam Passionis 45.
In Commemoratione Septem
Dolorum B. MARIE. V.

Thema: Stabat autem juxta Crucem Jesu Mater
ejus. Joan: 19.

Scopus: Maria in Doloribus Martyres omnes
superavit, & passione, & constantiâ

1. Quis daret oculis nostris fontem lacrymarum
ut Mariæ condolere debite possemus hoc sacro
Passionis Christi tempore: non enim verba suffici-
unt ad explicandum numerum & intensiorem Do-
lorum Afflicta Mariæ, cui nunc convenit data
alibi Nominis Mariæ etymologia: Mare amarum
nunc enim conversa est in amaritudinis oceanum
corde multipliciter transfixo, juxta Prophetiam Si-
mannis, qui, dum Filium, ut supra diximus, in tem-
plo presentaret, ei dixit: & tuam ipsius animam per-
transibit gladius, Luc: 2. Non numerat 8. Prophetæ
quoties eo gladio vulneranda esset Pia Mater, aut
quot gladiis? forsitan no ex tunc vulnerare inciperet
cor illius. Sed nec nos Dolores, etiam si præteritos, nume-
rare valemus, sed cum communi Ecclesiæ sub nomine
Septem Dolorum vel Gladiorum omnes comprehende-
re intendimus. 1^{us} Gladius fuit Valedictio Filii, quan-
do dixit presente Matre Discipulis: Ecce ascendimus Luc: 18

46. Ierosolymam, & consummabuntur omnia quae
dicta sunt per Prophetas de filio hominis: tradetur enim gentibus & illudetur, & flagellabitur & conspuetur, & postquam flagellaverint, occident eum; 2^{us} quando audivit Filium jam captum, 3^{us} dum scivit jam flagris caedi, spinis coronari, & arundine percuti; 4^{us} Deductio Christi ad mortem, & cruentae viae consideratio. 5^{us} Manuum & pedum Filii perforatio. 6^{us} Suspensio ac fellicis scelerati potatio. ac 7^{us} Mors Christi & ejus lateris apertura in quibus, ut videre est, latent tot Mariae Dolores, quae Christi tormenta.

2. Martyrium ex D. Thoma 2. 2. q. 124. a. 5. est Passio mortis seu cruciatus lethalis pro fide Christi, seu vera virtute, jam vero, dicitur generari (ait S. Amadeus Hom: 8. de Laud. B. V.) unum in manifesto, aliud in occulto, unum patens, aliud latens; unum in carne, aliud in spiritu: carne Apostoli & Martyres passi sunt, (qui pro Christo sanguinem suum fuderunt, aut aliis tormentis violenter obierunt) mentis autem martyrio (prosequitur idem) quod carnis tormenta excedit cruciata est Virgo Mater quoad hanc vicinior Venerandae Crucis, Dñicæ passioni inhaerens, hausit calicem, bibit passionem, & torrente doloris potata, nulli unquam similem dolorem pertulit. torquetur namque magis quam si torqueretur ex se, quoniam

supra se incomparabiliter diligebat id unde dolebat,
 O Dñā mea (exclamat Bonav: 1. pte Stim: Div: Amor: c. 3)
 ubi stabas? numquid tantum juxta crucem? imò certe
 in cruce cum filio, ubi crucifixa eras secum: sed hoc dis-
 tal, quia ipse in corpore, tu autem in corde, nec non &
 ejus vulnera per corpus ejus dispersa sunt in tuo cor-
 de unita.) Planè Christus foris (inquit Guilielmus
 Abbas) & Maria intus patēbatur crucem, Alb: Mag:
 p. 2. art: 3. dicit: B. Virginis Martyrium, quamvis
 non fuerit per mortem illatum corporaliter, & materi-
 aliter consummatum, quia tamen habuit Virgo sum-
 mum dolorem in anima, ideo excessivum Martyrium
 ejusdemque felicissimam laureolam, omnium aliorū
 Martyrum martyrio præponderantem habere dignos-
 citur, Guilelmus Abb: Martyres alii, inquit, marty-
 res fuerunt moriendo pro Christo, Maria commorien-
 do Christo Martyr fuit: plus est esse Commartyrem Chris-
 ti, quam martyrem Christi: illorum corporale, Ma-
 ris spirituale ac proinde præstantius martyrium fuit,
 Richardus à S. Victore cap: 26. in Cant: post positas
 Virginis plures prærogativas, addit: Super hæc Mar-
 tyrio decorata fuit; ipsius enim animam pertransivit
 gladius, non materialis sed doloris: quo martyrio gra-
 vius passa est, quam ferro: quanto enim incomparabi-
 liter amavit, tanto vehementius doluit: unde sicut

48. non fuit amor sicut amor ejus, ita nec dolor fuit si-
milis dolori ejus. in Martyribus magnitudo amoris
dolorem lenivit passionis, sed B. Virgo quanto plus
amavit, tanto plus doluit, tanto que ejus Martyrium
gravius fuit: hinc gravius passa est mente quam
Martyres carne, Hæc ille ex quibus optima manant
asserti nostri probationes. O! vere tota pulchra Ma-
Cant: ria: pulchra omni virtute; pulchra Martyrii pul-
mã Constat enim (ait S. Hieron: serm: de Assumptione)
quod Maria tantum doluit, ut totam animam pertran-
siret ac possideret vis doloris, Unde Bernardus Sei-
param alloquens Plusquam Martyrem, ait, te non
immerito prædicamus, in quò sensum corporea pa-
sionis affectus compassionis excessit pertransiens e-
nimam, & pertingens usque ad divisionem spiritus
Quare Ubertinus Casalius Ord: Min: L. de lign: vitæ
Mariæ Dolores respectu aliorum Martyrum cruciatum
se habere, ut Mare ad vasculum quoddam: Hoc enim
inquit, fuit quando suæ Matri primatum compassionis
dedit Christus, ut esset mare magnum deplorationis
lamentationis morbis suæ, in qua omnes mentes alia
tanquam in mari magno quasi vasa modica nauir-
rent, Similitudines habes in nigredine cinnamomi
dum enim dicit B. V. nigra sum, *Cant:* Loquitur (in-
quit Card: Halgrimis) de dolore quem habuit tempore

Passionis filii, quasi diceret: nigra sum quia decolora- 49.
vit me Sol moriens; in Luna eclipsata, in turture
gemente, in Myrrha ob amaritudinem animi tolera-
tam; in Rosa purpurea, quia sanguine filii sui per
compassionem fuit purpurata &c

3. Loquamur

modo de Maria in suo Martyrio Constantia & For-
titudine invincibili, ratione cuius merito eam Palma
comparaveris, quam Græci Poiuixæ dicunt, quod diu du-
ret, ex nomine avis illius Arabiæ Phœnicis, quæ diu vive-
re perhibetur. Lego stantem Mariam iuxta Crucem
Dñi (loquitur S. Ambrosius) non lego plorantem: stare
enim in illa cordis amaritudine, magnæ adscribitur cons-
tantia. Stabat quodam animi magnitudine; itaque
nec dolor excussit lacrymas nec animum pœna dejecit,
Richard: a S. Laur: L. 2. p. 2. ait: Ipsa statura corporis
nobis, dum in monte Calvario Filio morienti adstiterit, ser-
vitium exhibuit: statura ipsius assimilata est palmæ
(Lant: 7.) in tempore Dñice Passionis, nam cum omnes
Apostoli vacillarent, ipsa immobiliter perseveravit,
Angelus apud S. Brig: Serm: Angelico cap: 16. sic loquitur:
Vere indubitanter credendum est, quod sicut Rosa cons-
tanter in suo loco stare cernitur, quamvis spinæ circū-
stantes & acutiores effectæ fuerint: ita & hæc Benedicta
Rosa Maria tam constantem gerebat animum, ut quan-
tumque tribulationum spinæ cor ejus stimulabant

50. voluntatem tamen suam nequaquam variabat;
Stabat Maria eadem semper; Filius ejus ut latro
comprehenditur; Annæ, Caiphæ, Pilato, & Herodi sisti-
tur, ipsa eadem semper; ut mortis reus damnatur,
flagellatur, Crucifigitur, lanceâ latus ejus aperitur, mor-
tuis sepelitur; Maria eadem semper. O! Incredibilia
Constantia! Quam bene Prisci Constantiam pingebant
in rupe stantem allisis maris fluctibus cum hac
inscriptione: Eadem sum semper. O! mirabilis fortitu-
do: Fortis sane est ut mors dilectio; Cant. 8. Vere Vir-
go hic turris eburnea, & urbs fortitudinis, & pro-
pugnaculum inexpugnabile, ipsa non aggreditur,
sed sustinet, quod ex S. Thoma 2. 2. q. 123. a. 6. primi-
palius est Fortitudinis exercitium, quam aggredi.

Ergo Dilectissimi, ut loquitur S. Amadeus, imitemur
Matrem Dñi, ut inter adversa memores simus constan-
tiæ. Non deerunt tristitiæ, non deerunt adversa, non
deerunt tentamenta. Vallemus animum firma con-
stantia, & inter gladios animi constantia perverere;
hunc similes Dei genitrici post eam adducemus in
templum Regis ejus filii; Nam & de B. Virgine
etiam dici potest illud Isaiæ 55. Vere langores
ipsa tulit, & dolores nostros ipsa portavit; quod sic
in Passione Christi verificatur, ita & de Passione Ma-
riæ, quæ per reflexionem dolorum in ejus animâ

fuit eadem quæ Christi: Dicamus Mariæ cum Ecce. 51.
sua: Pia Mater istud agas, Crucifixi fige plagas, cordi
meo valide... juxta Crucem tecum stare te libenter
sociare in planctu desidero... Eia Mater fons amoris
me sentire vim doloris fac. &c. Conemur que cum
Virgine Christo compati, ut tandem posthæc merea-
mur conglorificari Amen

Die XV. Augusti
in Fæsto Gloriosæ Assumptionis B. M. V.

Textus: Mariæ optimam partem elegit. Luc: 10.

Scopus: Optima pars Mariæ stat in ejus Morte dulcis-
sima, & Assumptione gloriosissima

1. Virgo Dei paræ in omnibus dici potest summa
ut ex hucusque dictis de ejus vita constat; Potest
quidem Deus, cum possit omnia, & plures cælos, plu-
resque mundos illis & mundis longe pulchriores
condere; quia tamen alium Deum non potest facere,
ita nec perfectiorem Matrem Matre Dei, cujus digni-
tas ab eo petitur quo nil perfectius possibile est: &
ideo S. Anselmus Mariæ dicit: O! Dña nihil tibi æ-
quale: omne quod est, aut infra te, aut supra te est;
supra te solus Deus, infra te omne illud quod Deus nō
est: quam Mariæ summitatem contemplantur sumus
hucusque in ejus virtutibus & perfectionibus, restat
nunc ut eandem admiremur in suo termino: licet

52. enim Dimidium facti qui bene cepit habet, ut forte
dicitur vulgare; at ex Hieronimo Non queruntur
in Christianis initia, sed finis; Cum autem in hac
Mariæ omnium solemniori Festivitate, tria ejus
Mysteria celebrantur inclusa, tria Optima hic
monstrabimus: 1. Mariæ mortem, Optimam, quia ab
amore Dei & desiderio cæli unice proventam; ejus
Resurrectionem ac Assumptionem, Optimam, quia
ipsis Angelis mirabilem; 3^o demum ejus Coronati-
onem in Cælo, Optimam, quia infra Christum omni
gloriâ superantem

2. Justorum mors, ait S. Ba-
silus in Ps. 115., non est corruptio, sed vitæ occasio;
& ipsum Sepulchrum, Chrysologo teste Serm. 73. ipse
est resurrectionis uterus, & vitæ partus, licet enim
oculis insipientium videantur mori, ut Scriptura
quitur (Sap. 3.) illi sunt in pace, Sic super omnes
Dulcissima Mors Mariæ, fuit quasi somnus ille
de quo Sponsa (Cant. 5.) ego dormio & cor meum
vigilat, anima enim Deo interim fruebatur gloriosissi-
ma, brevissime corpus suscitatura secum in calum-
triumphaturum. Cum ergo Mariæ septuagesimum
secundum suæ ætatis ageret annum (ut fert multo-
rum & gravissimorum opinio apud Drexel: ex Baronio)
cepit Amore languescere, & quia fortis
ut mors dilectio, præ amore & desiderio cæli, mira-

uit obitu suavissimo ex hac vita. quia ubi amor est 53.
ait Bernardus, labor non est, sed sapor, ideo Marice vi-
vere Christi erat & mori lucrum, ut de se dicebat Paulus
(ad Philipp. 1.) & quam Virgini non causavit Dolor ne cessa-
ret, mortem induxit amor ut finiretur. Quemadmodum,
inquit Petrus Damianus, stellæ sunt minores faculæ, &
velut scintillæ ad solem, immo penitus sese abduunt cum
sol adest: ita Virginis Divina charitas ad cæterorum
virorum charitatem collata. velut sol est inter mino-
ra sidera, longe verius valens dicere quam David
Ps. 70. Defecit caro mea & cor meum Deus cordis mei,
ut illud Aug. Pondus meum amor meus, & Ipsa Vir-
go S. Brigittæ sic loquitur (1. 6. Revel. c. 62.) Para-
vi me ad exitum circumiens omnia loca more meo
in quibus Filius meus passus fuerat: cumque qua-
dam die animus meus suspensus esset in admiratio-
ne Divinæ charitatis, hinc anima mea in ipsa contem-
platione repleta fuit tanta exultatione, ut vix se-
parare posset, & in ipsa consideratione anima mea
a corpore fuit soluta, & S. Mechtildis sic Virginem
alloquentem introducit agens de Vigilia Assumptionis
lib. de Spirit. grat. Cumque seraphicus ille ardor in
tantum exoresceret, ut ultra vires corporis non habe-
rem, lecto decubui, omnesque Angelorum ordines mi-
hi ministrabant ignem illum Divinum in me magis
ac magis succendentes, & iste Amoris languor sem-
per

54. per excreverat ab Ascensione Filii sui, ut scribit
Richardus Laurentianus L. 3. de laud: V. cuius haec
sunt verba: *Languit amore post Ascensionem*
quodammodo desiderio pio, felicitis, sed mirabiliter
cruciata, quia sedentem in caelo non teneret. Prop-
ter hunc languorem dicit ipsa: *Et vos virgines An-
gelica nunciate Dilecto Filio meo, quia amore lan-
gueo,* 2

3. Unde est quod tanto flagrabat caelestis Pa-
trix desiderio, ut ad dilectum clamaret: *Quis dabit*
mihî pennas sicut columbae & volabo & requiescam
Ps: 54. *Dñe dilexi decorem domus tuae & locum ha-
bitationis gloriae tuae,* Ps: 25. & Ps: 26: *unam peti a*
Dño, hanc requiram, ut inhabitem in domo Dñi,
Ps: 41. *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes*
aquarum ita desiderat anima mea ad te Deus,
Hivit anima mea ad Deum fortem vivum, 83. *Quia*
dilecta tabernacula tua Dñe virtutum, concupiscit
& deficit anima mea in atria Dñi, ac tandem ex
Ps: 148. dicebat: *Educ de custodia animam meam*
(fili mi) ad confitendum nomini tuo Cupiebat
vi & esse cum Christo filio suo, & licet in hac vita
tota ejus conversatio erat in caelis, in caelum aspi-
rabat ut non solum mente sed & corpore sibi praesentem haberet, & ex incremento hujus ardentissimi
desiderii, simulque amoris dulcissimi decessit e

vita nunc Martyr & amoris, quæ doloris acerbum ^{55.}
Martyrium pertulerat; Cum in suæ mortis articulo
infinita quadam atque immensa vi, quam multi-
plicatis in dies singulos intensioribus actibus acqui-
sierat, anima ipsius felicissima à corpore fuerit
separata.

4. Fuit quoque Optima Marie resur-
rectio & Assumptio in cælum: quod ipsi testati sunt
Angeli qui dulciori præter solitum concentu calos
recrearunt cum Deipara, in caelestem Paradysum
ipsorum opera translata est: qui manserant in cæ-
lo interrogabant: quæ est ista quæ ascendit de deser-
to, delitiis affluens, enixa super dilectum? Cant: 8. &
Quæ est ista quæ progreditur pulchra ut luna, elec-
ta ut sol? Cant: 6. & respondebant, qui eam in cælum
delebant: ista est speciosa inter filias Hierusalem:
hæc est gloria Jerusalem, hæc est lætitia Israel, &
honorificentia populi nostri, tandem quæ omnes eam
videntes introeuntem in cælum, Beatissimam prædi-
caverunt & laudaverunt eam, Cant: 6. Bernardum
audiamus de hac solemnitate: Quis cogitare suf-
ficiat (ait Ser: 1. de Assumpt:) quam gloriosa mundi
regina processerit, & quanto devotionis affectu tota
in ejus occursum caelestium Legionum prodierit
multitudo? quibus ad thronum gloriæ cantibus sit


56. deducta, quam placido vultu, quam serena facie,
quam divinis amplexibus suscepta a filio (qui con-
derari potest, omnia dilecti ad Sponsam in Cantico dic-
ta dixisse) & super omnem exaltata creaturam,
hic Mariæ ingressus in calum nobis in Arca
illius, quæ typus exhibet Deiparæ, adumbratus
fuit 1. Paralip: c. 15. Universus israel de-
bat Arcam fœderis Dñi in jubilo, & sonitu buc-
cinæ, & tubis & cymbalis, & nablis & citharis
concrepantes, & 1. 2. c. 5. v. 7. & intulerunt Sacer-
dotes Arcam fœderis Dñi in locum suum, ibi
ad oraculum templi in Sancta-Sanctorum super
alas Cherubim ita, ut Cherubim expanderent
alas suas super locum in quo posita erat.
Quæ Myſteria S. Joannes Damascenus (Oratio
de Dormit: B. V.) pulchrè sic explicuit: & ani-
mam quidem per Angelos in Sancta Sanctoria
quæ sunt exemplaria vera & caelestia, introducit
sub ipsas alas quadruplicis formæ animalium
& suo silit throno in interiori tabernaculo
in quod Præcursor ipse Jesus ingressus est
corporaliter, &


S. Tandem jurè Optima dici po-
test Mariæ Coronatio, quando in ejus intus
ingressæ capite Dñus posuit coronam de lapide
pretiosissimo, eam quam terræ creaverat Rômam.

cali constituens Reginam ac collocans illam à 87
latere dextro filii sui: Cunctis lætantibus (inquit U-
bertinus Casalius L. 4. Arb. vit. c. 39.) adstitit Regina à
dextris Filii dum sedet ad dexteram Regis, & addit:
Hæc est dextera misericordiæ, in qua placuit Reginæ
nostræ regnare, ut passit miseris misericorditer subve-
nire, Quam elegerat Deus & præelegerat, fecit habi-
tare in tabernaculo suo, ut ipsa Virgo testatur: Eccl. 24.
Dixit mihi, ait, Creator omnium... in Jacob in habita,
in Israel hereditare, & in electis meis mitte radices, & sic
in Sion firmata sum... & in Jerusalem potestas mea... &
in plenitudine Sanctorum delentio mea. Quasi cedrus
exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte
Sion: quasi palma exaltata sum in Cadès &c. Sicque
Sæcra Trinitas Templum suum adornavit: Pater coro-
navit Filiam, Filius Matrem, Sponsam Spiritus Sanctus
comantibus Angelis: Sancta Sanctæ Sanctæ Maria
Digenitrix Mater & Virgo, in Cantico Te Matrem D. Bo-
naventuræ. Quia, ut canit Ecclesia: Maria Virgo as-
sumpta est ad æthereum thalimum. in quo Rex Regum
stellato sedet solio: quo nulla ^{alia} creatura perventura
ut ipsum nostrum insinuat Evangelium Optimam
partem, inquit, quæ non auferetur ab ea, id est, non
solum, quæ æterna erit: hoc enim reliquis Sanctorum
in cælo coronis convenit, sed quæ non desinet esse
optimam seu nec meliorem nec æqualem habituram

58. Tibi (Maria dicit Augustinus Serm: 35. de Sancto
thronus Regius ab Angelis collocatus est in aula
terni Regis, &

G. Abque jam in cali Reginam
coronatae voluit Deus suos ipsos Ministros Spi-
ritus caelestes Mariae quoque ministrare. vide
belle dixit supra cit: Uberinus c. 38. Non intelli-
gas quod Curia caelestis, vel tota B^{ma} Trinitas, nec
Jesus filius fuerint contenti unum Virgini assistere
de civibus Paradisi: nam sicut suae Reginae, & Ma-
tri Dei jugiter assistebat multitudo millie
caelestis exercitus, & quid mirum quod id in caelis
factum sit, cum adhuc in terris stantem Mariae
Angelorum multitudo circumibat, ut vidit S. Dionysius
Areopagita, quam que tanta luce fulgentem con-
spexit, ut dixisse referatur, quod eam ut Deam co-
rasset praemagnitudine gloriae quam videbat, nisi
fide evangelica aliter sentire coactus esset. Sed ut
quid in vanum conamur Mariae gloriam verbis
extollere: si enim, teste Paulo, nec oculus vidit,
nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit
preparavit Deus diligentibus se; quid Amabili-
simae Matri suae preparasse dicendus est? immo
scire credendus est cum & ipsi Caelites Mariae
non cessent gloriam deminari toties repetentes. &

est ista: quæ est ista? 

T. Jam vero nos Mariam in
 Cælum contemplantes non sinamus eam benedicere
 & prædicare atque sincere invocare, cum de illa di-
 cere possimus illud Sap: 7. Una cum sit, omnia potest,
 Petamus scintillam illius ardentis in Deum charita-
 tis; petamus felicem ex hoc mundo exitum per ipsius
 meritis imam mortem; terrena fastidiamus, & pro
 celestibus suspiramus: & omnia impetrabit no-
 bis si fidenter postula verimus: Fuit enim (ut iterum
 loquitur civitas Casalius) Virgo elevata elevatione
 preciosa in patrocinio, dum residens in solio juxta
 Matrem Filium, Militantem Ecclesiam dirigit expe-
 dit viam; protegit, repellendo pugnam; irrigat
 impetrandò gratiam, ut ipsa sit omnis gratia viæ
 & veritatis, & omnis spes vitæ & virtutis, sed
 nihil caveamus a culpa: peccatis enim quasi com-
 pedibus ligati non poterimus currere in odorem
 unguentorum hujus Virginis; pugnemus
 que fortiter cum antiquo serpente, cu-
 jus ipsa caput contrivit, & cum
 quo, teste Halgrino, perpetua mu-
 bet pugnam ut nobis præstet
 defensionis auxilium: sic que
 ipsa mediante, accipiemus
 Regnum æternum. amen 

60. Dominica Prima Octobris
in Feste Solemnitatis Rosarii B. MARIE

Thema: Quædam Mulier de turba dixit illi: Quis
venter qui te portavit. ~~Matth.~~ 11. Luc.

Scopus: Laudes Mariæ predicare, & S. Rosarium assidue
& devote recitare, & Deo ipsique Virgini grati-
simum, & nobis maxime proficuum ostendat.

¶ Quid sit Rosarium vel Corona B. Virginis nullus
ignorat: quare vero sic dicitur, Doctor Navarrus scri-
psit, ut quemadmodum Rosarium continet multitudinem
fructuum gignentium rosas suaveolentes, ita hoc quo-
orandi continet multitudinem orationum & incantationum
salutarium Angelicarum, quæ frequenter repetita
tam suaveolentiam illis pariunt, qui hoc modo Virgini
laudant, ut Mulier nostri evangelii quæ extollens vocem
ne timore aut verecundia Mariam publice laudaret.
Hinc etiam Corona, tum quia ad modum corona gratia
contextum, tum quia illud recitando tot salutationes
velut ~~quasi~~ lapillis, quasi coronam eformamus. Desipere
dam: Methodus autem illud recitandi melior excogita-
nequit, quam S. Dominicus ex ipsius Virginis revelatione
mundo tradidit, Meditando videlicet suo ordine Mithen-
gaudiosa, Dolorosa, & Gloriosa B. Mariæ. ut observari
est in precariis libris invenire.

2. Licet in terris

laudari nequeat Regina nostra, ut pote quæ, ut ait 64.
Damascenus, encomiorum omnium legem excedit, & ex
monte Fulberti, serm: de Assumpt: Altius celo est de qua
loquimur, abisso profundior, cui laudes dicere conamur,
tamen inter omnes quas ei dare possumus, vix ulla ei
pretiosior esse potest quam quæ in Rosario continentur, in
quo eius gloriosiora recolimus attributa: ipsa enim B.
Virgo non semel id ipsum suis devotis revelavit ut
S. Dominico, B. Catharinae, & aliis pluribus. & in specie
S. Eulaliae in Menologio Ordinis Cisterciensis ad
15. Maji in notis sic habetur: Apparuit ei vigilanti B.
Genitrix semper Virgo Maria, dicens: Dormis Eula-
lia? cui hæc: non dormio; mox Virgo: si vis, inquit, mi-
hi placere, & tibi proficere, noli illam salutationem cito
proferre: scias tunc me gaudium magnum percipere ma-
xime cum dicis, Domine tecum in Angelica salutatione,
S. Bernardino Senensi Rosarium recitanti apparuit
B. Virgo hæc dicens (teste Pelbaro l. 2. Stell. p. 2. a. 3.)
Qui devote famule, multum mihi in tua devotione
complaceo: & ecce quia hæc corona me quotidie hono-
rasti a filio meo tibi impetraui prædicandi ac mira-
cula faciendi gratiam, & scito tandem te in cælis me-
orum meorum gaudiorum participem, lætitiâ nullo un-
quam sine terminanda perfruiturum, & addit Pelbar-
tus: Jam charissimi vos omnes hortor ad B. Virgi-
nis devotionem, ejusque gaudiorum recordationem;

62. Omnes in Dño Iesu admoneo, ut ad coronam illius
Virginie recitationem excitentur, quò in celo cum
eadem Virgine gaudere valeatis, S. Amadeus de
Rosario sic loquitur Hom: 2. Corona illa rubet
sis, liliis albescit, pallescit violis, viret laureis, pa-
mis densatur, oleis impinguatur, omni fructu repleta
omni suavitate referta, ~

3. Quam sit Deo gratus
hic Mariam Laudandi modus, vel ex eo cognosci
potest, quod & ipsum simul collaudemus Deum in
mis sepius repetita Dñica oratione, qua Deus
nos eum voluit alloqui, ut in Evangelio habetur
inde quia etiam cum Deiparam laudamus, Deum
ipsum collaudamus, quia, ut habet Gerson Serm: 100
B. V. dum Maria laudes celebramus, aut recitamus
semper attendimus ad Mysteriorum magna, quae in
Deus operatus est per Filium suum unigenitum
ex ea Natus est, & omnia Mariae praeconia
ex fonte ex hac Maternitate dimanant: unde
Kempensis Orat: 4. dixit: O! Sacratissima & omni
dignissima Maria. dignum est, ut me cum omnibus
creaturis ad hanc perpetuam laudationem trans-
ram, ad benedicti Filii tui gloriam promoverem
Satisque Deus omnipotens testatus est, quam
gratae sint Mariae V. laudes & praecipue Rosarii
citatio tot miraculis & prodigiis: quorum notitia

4.

Unde etiam abunde patebit quia nobis id proficuum
 et sane id bene comprobant verba hæc ipsius Virgi-
 ni ad S. Brigittam (Revel: c. 164.) loquentis de S. Hemi-
 pio Episcopo: Sic, ait, Episcopo illi, qui omnes conciones
 inchoare solet a laude mea, ego volo ei esse in Matrem,
 utique animam presentare Deo, id ipsum sequentibus
 impientis, & similibus demonstrat S. Petrus Damian:
 Calculator, inquit, esuriens ad plenam divitis mensam
 intavertit, nunquid ei cibus negabitur? Similiter, si
 aut temporalia contemnens & gratiam esuriens, veniat
 ad Mensam Matris Dñi toto corde & affectu concinens:
tu Maria: numquid ipsius largitas ei gratiam po-
 terit denegare? ipsa est fons distillans (cant: 4.) qui
 bene compressus fuerit, tactu labiorum devote orantis
 mellinem melleam facile distillabit. ipsa vellus Gedeo-
 nis madefactum rore gratiarum (iudic: 6.) quod com-
 pressionem levissimam devotæ salutationis larga distil-
 labit stillicidia super terram cordis humani, &
 hæc si tam affectuose & constanter magnates & Regum
 familiares salutamus, tot obsequiis afficimus sperantes
 nostram apud Regem facturos causam: quid sperare
 non debemus adeo gratiam Mariæ salutationem repe-
 tendo, nisi quod omnia nobis impetrabit a suo Uni-
 genito

64. genito, cui, ut loquitur Richardus a S. Laurentio
non solum efficaciter supplicare, sed etiam mabe
auctoritate praevalere imperare? Tandem Rosari
recitatio devota corporis & animi infirmitate
rat, vivis atque defunctis prodest, Demones fugi
Dicente Bernardo: Infernus contremiscit, demones
gunt, cum dico: Ave Maria, est signum praesent
tionis, & finalem perseverantiam causat: quia
nia inferni exempla confirmabunt: Propter hoc
omnia S. Rosarii bona, ejus devotio adeo per
extensa est, ut vix alia communior reperiat
tot erectae confraternitates tot Sedis Apostolicae
giis & indulgentiis donatae ut in hac devotione
hinc nos exerceamus

Pro quovis Festo B. M. V.
De Cultu Deiparae speciatim in
Templis & imaginibus

Thema: Qui operantur in me non peccabunt: qui
cidant me vitam aeternam habebunt

Scopus: Exhortatio ad Cultum Marianum, pro
ta multiplica ejus utilitate

1. Cultus omnis in internum & externum dividitur
cum autem apud Deum & Sanctos non prosit
interno externus, inde est quod quidquid hic

68.
de Mariae Cultu dicimus, de ipso, ut ab interno prove-
niente, seu verâ erga B. Virginem reverentiâ & devotio-
nem, intelligimus. Sit ergo pro horum initio Melliflua
S. Bernardi ad Cultum Marianum invitatio: (Totis
S. de Mat. Virg.) medullis cordium, totis præcordio-
rum affectionibus, votis omnibus Mariam veneremur, quia
voluntas ejus qui totum nos habere voluit per
Mariam, En duo fortissima motiva: quod sit hæc Dei
voluntas ut colamus Mariam, & quod omnia nobis con-
cedere voluit per illam, quam suarum gratiarum cons-
tantem dispensatricem: Unde Richardus a S. Laurentio
probare docet, quod quemadmodum Virgo omnibus suis
membris, discursu facto per singula, in salutem utilitatem
nostram, ut bona terra deservivit, sic nos totos oportet
cum omnibus tam animi, quam corporis potentiis, vi-
ribus, membris ac sensibus obsequio tantæ Matris devo-
tione ac consecrare, ut se devoverunt S. Bonaventura,
Bernardus, Anselmus, Ildesonsus, Bernardinus Senensis,
ceteri innumeri, qui Mariæ, ut Terra fertilissimæ, cultui
etiam dicarunt piissimis exercitiis, quibus maximis
etiam munerebus locupletari meruerunt. Primus tamen
et maxime gratias Virgini cultus est imitatio ejus vir-
tutum, quem ei imprimis deferre curarunt sancti, alii
autem cultus sunt ex ipsius Philosophi de partibus
honoris loquentis mente (1. Rhetoric. c. 15.) Sacrificia
monumenta... possessiones, statuæ, adorationes, mune-
ra

ra pretiosa: quodque ad talem cultum nos maxime debet, est, quod Maria suis cultoribus signum destinationis signum, ut in ipsa S. Scriptura. innumeris videtur Isa: 7. ubi postquam dicitur Regi Aiaz. *Pete tibi signum a Dño Deo tuo in excelsum superstitium additur: Ecce Virgo concipiet & pariet* notandum tamen illud quod ibimet includitur. *Pete tibi signum a Dño Deo tuo, in profundum inferni, ve in excelsum supra,* ut intelligamus quod sicut suis amatoribus est Virgo benedicta certissimum ad excelsam illam supernamque beatitudinem indicium; sic præscitis, ejus que cultum negligentibus signum est condemnationis ad profundum inferni, ut de illa quoque verificetur, quod illi Propheta Simeon prænuñciaverat de Filio suo Jesu Christo: Luc: 2. *Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum, & in signum cõtradi-* *tionis,* dicit enim ipsa Dei para de suis Contemptoribus: Osee 13. *Ego ero eis quasi leona, & in via occurram eis, quasi ursæ raptis cubilis, & dirumpam interiora jecoris eorum, & comedam eos ibi quasi Leo,* hinc etiam facit illud. *Signum magnum apparuit in cælo (Apoc: 12) mulier amicta solè, & luna sub pedibus ejus, & datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ,*

Unus ex precipuis modis Virginem colendi, est, in
honoram ipsius templa, Altaria, Simulacra, suis im-
pensis fabricari curare, vel ad eorum fabricas eleemo-
sinis concurrere: quia in his & similibus non solum
proprie sed & alienae inseruitur devotioni, aliorumque
nobis praestitorum cultuum merita participat qui
talibus causam dedit: ut in ditione Laudunensi in
Gallia quidam dives fecit, qui magnificis plane sumptibus
Ecclesiam B. MARIAE dicavit sub nomine de
Laudia, ubi collocata est *fratga* statua B. M^e mul-
tis postea miraculis clara, & concursu multiplici
sanctorum celeberrima. in Italia quoque Religio-
sissimus simul ac eruditissimus Aloysius Novarinus
Caricus Regularis sculpi curavit Virginis in utero
habentis effigiem miram omnino spirantem pietatem,
adstantemque spectantibus ardentissimi castissimi que
amoris affectis, eamque tota Italia magno pietatis
fatu distribuit, Aramque Veronae sub titulo Vir-
ginis in utero habentis erexit gratis que Apostoli-
cis impetratis exornavit, ut omnes in cultum Dei-
pare Virginis adduceret.

3. Cultus quoque imagi-
num Virginis Mariae maxime ei gratus est, ut de-
clarant tot miracula & favores in gratiam eas co-
lentium patrata: & de Cultu imaginum loquens
Synodus 1^a Nicena Act: 4. sic habet: Extra contro-
versiam

68. versiam est, sanctas imagines mirifica designant
miracula, ut & debilibus valeudo bona per
concilietur, saepeque in somnis apparentes, opine
quaque nobis consulant, De Sozopolitana (ubi
est Pisidia) Maria imagine sic loquitur Grego-
rius Presbiter Devotus Scriptor: Inveniebatur
in loco longe antiquissima & ab Apostolorum
temporibus jam pridem summa veneratione
cultu Virginis Deiparae imago, qua certis
temporibus olei cujusdam odoratissimi liquo-
rem exsudabat, quo perunchi, quocumque
afflictaerentur, illico & sine alio medicamento
valescebant, & solus Marianaë imaginis
tus persæpe Libidinis æstum extinxit, demum
in fugam egit, inque suorum clientum pro-
diis puritatis & castimonie amorem accendit
quam proinde præ oculis semper habere con-
mur; huic ut fecundæ vitæ hoc corporis
jumentum ad libidinem effusum castissimorum
ris vinculis alligemus, & omnibus carnis
bris facile superiores evademus, & ab omni
diabolicis insidiis feliciter liberabimur.

communis Ecclesie consensu Deiparae cultus
Hyperdulie deferitur, secundum quam,
quihur Doctor Angelicus 2.2. q. 10. a. 4. ad 2.

69.
rima exhibetur reverentia homini ratione affi-
nitatis quam habet ad Deum, cum quoniam
maximam. B. Virgo habet supra omnes affinita-
tem cum Deo, cum propria operatione, ut docet Cajeta-
nus, attingit fines Divinitatis: ideo absque dubio de-
betur ei potissima post Deum adoratio, quæ ab omni-
bus aliis specie distincta sit. Quod præclare Rutilius
Antonius Episc: lauret: L. 2. in Magn: c. 22. Tit. 9. decla-
rat: Sicut Scipara, inquit, in celo peculiarem thro-
num habet beatitudinis ab omnibus aliis beatis dis-
tinctum, & in terris peculiarem habuit dignitatem
& singularem excellentiam super omnes creaturas in
propria persona; sic etiam debetur illi honor qui-
dam singularis & cultus religiosus, non quidem uni-
versalis & communis, sed proprius specificè distinctus
ab aliis. Hoc ergo Hyperdulie cultu, videlicet super
omnem Angelicam & humanam creaturam omni Re-
verentiam nostram veneratione adoremus, offeramus illi
gloriam & honorem, cantemus ei laudis cantica,
precevemus ut per totum orbem nomen ejus cognos-
catur & glorificetur: qui enim, ut habet S. Bonav:
10. 86, eam non invocat in hac vita non perveniet
ad Regnum Dei & qui vero illam laudat verè peri-
re non poterit, ut loquitur Pelbartus.

S. S. Audiamus

etiam ab ipsa Virgine plura illius devotionis inci-
tamenta

To tamenta : Eccl. 24. Ego, inquit quasi vitis fructificavi
vi suavitatem odoris, & flores mei (cultus meus) fructus
honoris & honestatis... in me gratia omnis via &
veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis. Transite
me omnes qui concupiscitis me, & a generationibus
meis implemini: spiritus enim meus super mel dulcis
& hereditas mea super mel & favum... qui edunt me
adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitiunt, qui
audire me non confundentur... Ego quasi trames aquæ
immensæ de fluvio... Rigabo hortum meum plantarum
num, & inebriabo prati mei fructum... Videte quoniam
non mihi soli laboravi, sed omnibus exquirentibus
me. In quibus attendenda est energia verborum,
notandæ phrasæ, comparationes, similitudines,
& ad intentum revocandæ & applicandæ.
Proverb: 8. O viri ad vos clamito (Prosequitur
Piissima Dñâ) & vox mea ad filios hominum...
Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilant ad
me, invenient me, mecum divitiæ & gloria, omnia
superbæ & justitiæ, ut ditem diligentes me &
sauros eorum repleam... delicia mea esse cum
filiis hominum: nunc ergo filii audite me. Beatus
homo, qui vigilat ad fores meas quotidie, &
observat ad postes ostii mei: qui me invenierit
inveniet vitam & hauriet salutem à Dño, qui

... in me peccaverit, laedet animam suam: Om- 77.
... qui me oderunt diligunt mortem & c. 9. Si quis
... parvulus veniat ad me, ... venite, comedite panem
... & bibite vinum quod miscui vobis... per me
... multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi an-
... ni vite, Cant: 2. Ego flos campi & liliū convul-
... sum... Fulcite me floribus... cap: 7. Quid vide-
... ti in Sulamite, revertere, revertere... veni dilecte.
... nova & vetera servavi tibi, ... c. 8. Ego murus &
... mura mea sicut turris... vinea mea coram me est...
... vir affert pro fructu ejus mille argenteos, O! quot
... hinc pia Mater promittit suis cultoribus, & pro
... hac & pro altera vita: omnia quæ pro hac vita sunt
... operuntur ad bonum gratiæ, quam impetrat suis de-
... votis, ut in verbis nostri thematis B. Virgo promittit
... dicens: Qui Operantur in me non peccabunt, ad hoc
... vim referre & dirigere debemus quidquid pro hac vi-
... ta desideramus aut petimus: pro aliâ autem vita
... vicium & ineffabile bonum, nobis pollicetur si eam
... cultu devoto in suis templis aut imaginibus honora-
... verimus, cum ait: Qui elucidant me vitam æternam
... habebunt; hoc est: qui ornatui ædium mearum, ima-
... ginum, statuarum, & pro sua facultate intenderit,
... vel constantibus ac devotis precibus me invocaverit,
... vel laudes meas prædicaverit, vel tandem quovis mo-
do

72. se meo cultui augendo vel propagando ~~se~~ deventur
& modo sibi possibili usque in finem. ~~in~~ in mei obsequio perseveraverit, hic in aeternum me protegente salvus erit.

6. Quamvis porro omnes vite nostrae dies Mariano cultui dicare & possimus & debeamus, ex immemoriali tamen S. Ecclesiae usu dies Sabbathi specialiter Mariae consecrata est, quia speciales hac die favores clientibus solita fuerit concedere, vel quia, ut S. Bernardus (de Pass: c. 2.) dicit, Maria sola per illud triste Sabbathum a morte Christi stetit in fide: propter quod, addit, aphissime tota Ecclesia in laudem & gloriam ejusdem Virginis diem Sabbathi per totius anni circulum celebrare consuevit, vel tandem quia, ut aliqui cum Castro. in hist: virginis, opinantur Maria concepta & nata fuit die sabbathi. Deinde etiam dies sabbathi utpote hebdomada septima, sacra erat ipsis antiquis, ut habet Clemens Alex: L. 5. Stromat: Septimam diem, ait, esse sacrum, sciunt Graeci. sic de eo scribit Homerus: Sacra dies verò post haec tùm septima venit: in hac ergo die semper speciali aliquo obsequio Mariam honoremus, in qua praecipue se honorari velle significavit multis miraculis, apparitionibus & signis: fugiamus in ejus honorem peccata omnia ac peccandi occasiones, & ex toto nos Mariam

committamus tutelæ: etenim Mariam sequens (inquit ^{73.}
Bernardus hom: 3. sup: Missus.) non devias, ipsa duce
na fatigaris, ipsa propitiâ pervenis, ad vitam scilicet
ceterâ eternam

De Maria Patrocinio
De quo Festum proprium celebratur in His-
pania aliquâ Dnicâ Novembris

Textus: Ego diligentes me diligo: Proverb: 8.
Qui me invenerit inveniet vitam, & hauriet
salutem a Dño. ibid

Supus: Maria Patrocinium ad omnes mortales ex-
tenditur: quod tamen è cælo principaliter
in devotos suos exercet.

1. Beatissima Virgo Maria (dicit Idiota Sapien-
tissimus in Prologo contemplat: de D.V.) sicut est
omnium Regina, sic & omnium Patrona & Advo-
cata, & cura illi est de omnibus: Longe enim positos
illuminat radiis misericordie suæ; propinquos per
spiritualem devotionem consolationis suavitate;
presentes sibi in patria excellentia glorie, & sic
non est, qui se abscondat a calore ejus, miseri-
cordia enim illius plena est terra, rigatque to-
tum Universum; nec inepte ejus Patrocinium pal-
lio magno potest comparari sub quo orbis prote-
gitur

74. gitur vniversus, vel soli clarissimo, qui oritur
super bonos & malos, ut omnes bonos efficiat: Qu-
tas ne, Cingit Doctor Mellifluus, Ser: de verb: Apoc:
ipsa est sole amicta mulier? nimirum ea est, que
velut alterum solem induit sibi: quemadmodum et
ille super bonos & malos indifferenter oritur, sic ip-
sa quoque præterita non discutit merita, sed om-
nibus sese exorabilem, omnibus clementissimam
præbet, omnium denique necessitates amplissimo
quodam misereatur affectu, Rite Virgo clemens
dicitur, teste Isidoro Etimol: c. 8. ab eo quod
cluat, id est, quod protegat & tueatur. Hæc enim
est ingens illa, amplissima que vitis, qua Dei Omni-
potentis manu plantata, implevit terram. Operi-
montes umbra ejus, & arbuscula ejus Cedros Dei: ex-
tendit palmites suos usque ad mare, & usque ad
flumen propagine ejus, Ps: 79. Maria Regina
Misericordiæ (ait pius Scriptor in M. S.) per modum
gallinæ congregat & fovet peccatores & justos sub
misericordiæ & pietatis suæ, quousque conualescant
& valeant per se volare: vnde ei dicere possumus:
Sub umbra alarum tuarum protege me: & in umbra
alarum tuarum sperabo donec transeat iniquitas
& sicut tentorium aut pallium circa collum conti-
gitur superius, & dilatatur inferius, ut plurimum ad
confugientium cooperire sit aptum tegumentum. an-
tra

Franc: de
Retza Odo
Prædicat:
to: 3. super
Salve Regina

tra pluviarum impetum, Sic Virgo Beatissima supe- 75.
rius in se unitur & coniungitur omnium virtutum pun-
ctuali conjunctione, & inferius expanditur & dilatatur
ut ad se confugientes clementer recipiat & cooperiat. hinc
dicitur: ^{Tentorium} ~~Tentorium~~ istud est tentorium, quod Virgo extendit
quasi nubes. ^{Dudum} ~~Dudum~~ istud est pallium, quo quis operitur,
intrans per spem eius tabernaculum, iudic: 4; istud est
pallium, quo Rebecca cooperuit se, Gen: 24; istud est
pallium laudis, quod datur scilicet in refugium ad eam
confugientibus, isa: 61; istud est pallium zeli, isa: 59.
De illa dici potest illud Ps: 81. Spes omnium finium Ter-
rae & in mari longe)

2. Sicut in magna domo præter
Patrem familias qui caput est & princeps, Matrem
nam aliquam esse necesse est, non solum ad gignendos
liberos, sed ad eos deinde lactandos & alendos: sic in hac
Dei domo, quæ est Ecclesia, etsi communis omnium
Pater est Christus, qui suo omnes sanguine regenera-
vit; tamen decuit suam quoque esse Matrem, quæ ad
spiritualem hanc vitam efficiendam, & ad eandem nu-
triciam, propagandam, & protegendam sit intenta:
hæc autem est Saluifera Virgo Patrona & Protectrix
nostra. Richardus a S. Laurent: l. 1. c. 3. sic loquitur
Maria sicut est omnium Regina, sic est & omnium Pa-
trona, & equaliter, quantum in se est, est ei cura de
omnibus sine acceptioe personarum, quæ super om-
nes

76. nes accepit plenitudinem dignitatis, & ipsa S. Be-
gitta locuta S. 1. Revel: c. 78. sic ait: Ego sto super mu-
dum cum oratione mea assidue ad meum Charissimum
Filium, sicut Arcus super nubes cæli, qui ad terram
inclinari videtur, & ambobus finibus suis eam tan-
gere. Per arcum enim me ipsa intelligo, nam ad habi-
tatores mundi me inclino, scilicet tangendo utroque
bonos & malos continua oratione mea; ad bonos ut
stabiles efficiantur; ad malos autem, ne in malitia
sua habeant processum, & deteriores fiant, Oves
maris stella, portus naufragantium, anchora pecca-
torum! Rosa, inquit cit: Richardus S. 13., spinæ
adhæret, licet omnino eis dissimilis, & Maria pecca-
toribus, qui sunt spinæ, pietate adhæret & compas-
sione, licet a peccato omnino immunis, Unde S. Bern-
serm: de aquæ ductu ait: Advocatim habere vis
Christum? ad Mariam recurre, ipsa exaudiet
sua reverentia, Exaudiet utique, prosequitur S. Sicut
Matrem Filius, & exaudiet Filium Pater. Filio
peccatorum scala, hæc maxima fiducia mea, hæc
tota ratio spei meæ... Quæramus gratiam, & pro
Mariam quæramus, quia quod quærit, invenit, &
frustrari non potest, Innocentius III. Pont: Max: ser-
2. De Assumpt: Ipsa Virgo, inquit, est pulchra ut
electa ut sol, aurora consurgens: luna lucet in no-
te, aurora in diluculo, sol in die: Nox est culpa,

diluculum penitentia, dies gratia: qui ergo jacet 77.
in nocte culpæ, invocet Mariam, respiciat lunam
ut ipsa ad compunctionem illustret; ... Qui ad dilu-
culum penitentia surgit, respiciat auroram, de-
precehit Mariam, ut ad satisfactionem illuminet
& qui est in die clara gratia, respiciat solem, oret
Mariam, ut ad perseverantiam adjuvet. 2

3. Guil-

elmus apud Delrium sic habet: Maria neminem
sua pietatis sinu repellit, sed potius invitatur & attra-
hit universos... Multi de peccatis gravioribus emergentes,
adhuc pro recentibus plagis ægram habentes conscientiam,
in uberibus pietatis ejus, quasi lac, sugunt; postea vero sanc-
te paulatim conscientia, de uberibus ejus sanctæ exultatio-
nis vino inebriantur, unde nobis dicit piissima Mater: venite
omnes ad ubera mea, & sugite absque argento, & absque ulla
commutatione vinum & lac, ipsa est virga directionis, vir-
ga regni Dñi, quia dirigit meritis, orationibus, & exemplis
ut quot ingrediuntur in regnum filii sui, & ab ipsa que-
renda est per orationem directio & conductus. ipsa est
Ara celi: cupit aliquis iram justissimi iudicis in morte
fugere, ad hanc cælestem Aram tanquam aylum con-
fugiat, cupit quispiam horribilem illam damnationis
sententiam: ite maledicti, declinare? Aram hanc accedat
in postrema illa vitæ catastrophe, audiet sine dubio dul-
cissimum illud: Venite benedicti: atque in hęc sensum sic

78.
P. Bened.
Fernandez
Comm: in
Genes: 32.

scribit Devothis quidam jesuita: Mira quidem im-
munitatis Altare Virgo est Mater, inviolabile miseris
illuc confugientibus perfrugium: non inde peccator au-
ditur, quin potius Aram hanc tenens & justum dolorem
concepit, & veniam subripit delictorum, & debitas avertit
penas, 9.

4. jam ergo si Maria omnium, etiam per-
versissimorum se invocantium Patrona & advocata
est; si in ipsam sperandum est, ipsius fideiobis per-
vis, quanto magis ferventibus castissimis que eius
Amatoribus, in quorum ore potissimum saluberrima
quadrare videtur: spes nostra salve: qui enim fer-
ti affectu B. Virginem diligit, indubitanter se ab
dem vicissim diligi pia quidam presumptione co-
fidere debet, cum ipsa dicat Prov: 8. Ego diligentes
diligio, in viis justitiae ambulo ut ditem diligentes
Cum igitur ex vivis effectibus comprehendamus
Deipara nos cordiali affectu diligit, ut pote, quae
proprio Filio non peperit, sed in signum amoris
nobis omnibus tradidit illum, cum quo & omnia nos
donavit; convenit vice versa, ut nos quoque eam
redamemus, a qua omne bonum nos participamus
speramus; convenit que, in tam benevolentem Patrem
a qua nobis tam innumera bona proveniunt, nos
versas spes nostras post Deum collocare 9 & nos
sufficiant pro Institutum nostri ratione, ubi solim

videmus nobis aliqua indicare, ut in necessitate 79.
casibus, si libri defuerint, possimus aliqua ex piis
& probatis Auctoribus & in promptu habere, qui-
bus amplificatis & copiosius explicatis nos-
tras conciunculas conficere utcumque
valeamus. In hujus autem Mariana
materica complementum libet ali-
qua hic transcribere Mariana
exempla, ad dictorum ubi
conveniens fuerit mayo-
rem confirmationem



7

90.
*Exempla aliquot selecta
Quibus Marianus Cultus excitatur
& ejus Universale Patrocinium
Commendatur*

B. V.
Docet
ignorantes

1. *Litteræ annuæ Soc^{is} Jesu ex Philippinis narrant, rudissimæ Indæ recentior baptizate, ac è via hac discedente sine opportuna doctrinæ Christianæ peritia, prohibitum esse ab Angelo ingressum in celestem Sanctorum Urbem. Accedens vero Deigenita Virgo Maria ad januam cæli edocuit perfectam eandem & barbaram mulierem doctrinam Christianam & jubente Deipara reversa est in mundum, præterque his omnibus tam verbo quam opere, per aliquot dies ingravescente, quæ laborabat hysteriâ, mortua fuit, & ducente, ut pie credendum est, ta Magistra Virgine, ad cælum evolavit.*

2.
Docet & sanat. *Alphonsus Ramos, in Hist. B. M. V. de Copacavana in Peruviano Regno venerata, narrat, alterum reclusum & claudum Indum edocuisse edochum per novem à B. Virgine omnem doctrinam Christianam & suavissimum Canticum Passionis Dñi N. J. Christi ab ipsa eformatum. Post quos novem dies ex claustris, sanus factus est corpore & anima, anima*

3. In Cælo Stellato Mariæ

refertur, Mahometanum servum mordicis re-
 nantem Christianam Religionem suscipere, a sapientissi-
 ma Virgine conversum esse, atque edochim quomodo se
 Crucis deberet signare. Insuper patientiam suasit
 curata, inrentem consolata est jucundissima, aliumque
 Mahometanum conservum exprobrantem illi alteri Chris-
 tianæ Religionis susceptionem, ad recipiendum simul
 cum illo Baptismum reduxit Magistra

Convertit
 ad fidem

4. Judæus qui-

Perfidum
 Judæum re-
 ducit

ut refert Vincentius Belvacensis in suo Spec. Hist. in
 benax perfidia, ad arborem quasi ad palum necis
 atque inedia pene confectus, vidit primum in som-
 niâ Mariam V. instar Matronæ pulcherrimæ ab ipso pro-
 cognita, & a vinculis eum solventem. Deinde vero
 exsuo peritis somno, aspexit se se ab universis vinculis
 solutum, eandemque matronam propius stantem,
 qua sciscitanti illi de patria & nomine, respondit se vo-
 cari Mariam, & esse Mesia Parentem, arreptum que su-
 per illum duxit in montem excelsum valde, unde osten-
 det ei in profundissima valle tenebrosam inferni puteum
 & in cælo lucidissimam Gloriæ mansionem: hic exul-
 tantes Cælicolas, illic gementes damnatos, inter quos perplu-
 res ab ipso notos Judæos. Tunc edocuit Virgo Judæum via
 veritatis & perditionis, ut quam malisset eligeret, atque

82 disparuit. iudæus autem elegit Religiosum viuum
a quo illuminante Mariâ breviter omnia necessaria
edoctus, baptizatus est, & in posterum sanctæ vitæ
exemplar factus S

Errantes
revocat.

S. Puellam nobilem, ut habetur
in Spec: Exempli, & valde formosam in Conventu
nialium novitiâ, & voto castitatis Christo & episcopi
tri Virgini omisso simul adstrictam, eduxit de conventu
hu variis & miris artibus tam suis quam parentibus
sibi matrimonio copulandam nobilis quidam Aduer
horrificâ autem inferni representatione in somni
ta, & acri Virginis objurigatione eidem propter
lilitatem inflictâ, reversa est in canonicum, ubi
le conjugium cum Dño celebravit, sancte vixit

Peccata
impedit Refert S. Pet: Celestinus in Opusc: cap: 12. sequens
sum: Monialem certo piâ, & Dei genitricis vere
tam seduxit sceleratus homo; & ad egit sacrilegiam
deserendam Religionem & fugam cum eo à Con
capescendam: per tres vero integras noctes exibat
prohibuit Deipara Virgo, manu sua inter clau
seram janne posita: quo miraculo ab ipsa
li clarissime viso, in cellulam se contrita recep
Angelicæ posthæ peracte vitæ præcognita morte
tissima obdormivit in Dño S

7. in Cælo stetit
charitatis cap: 10. Nobilis Gallaciæ femina nomine Lucia
munera exercit plurima erga sibi Deo tam

...cise viso marito suo in Christiano contra Mauros 83.
...ralio, vidua mansit & pragnans. Mox autem capti-
...ducta fuit a victoribus barbaris in Maurusiam,
...propter diendam fidem & castitatem servandam
...numeros perpersa fuit sub barbari servitute labores
...emper constans in suis Mariae devotionibus persolvendis.
...adveniente vero pariendi hora, quae fuit in Nativitatis
...fisi nocte, descendit in stabulum paritura, cum ecce ad-
...venit Deigenitrix Virgo, quae partui adstiterit quasi obste-
...trici munere fungens; adstiterit & Christus ipse, qui puerum
...memiter baptizavit, & Mariani ei nomen imposuit, &
...die Purificationis Mariae ducta est ab angelo in templum
...nunquam visum Sacrum auditura ab ipso Christo ce-
...brandum, tunc filium oblatura quem ipsa Virgo in suas
...cepit ulnas. Deinde in quadam die post solutum M^{ae}
...Virgini quotidianum S. Rosarii pensum, repente tradite
...fuit haec captiva ab Angelo in Compostellanam S.
...xobi Ecclesiam. Postremo, educato jam filio sanctum
...thianum arripuit statim, ubi pie vixit, & sancte
...iter brachia Virginis obiit, ejusque filius Marianus
...mundanis despectis in eremum recessit, ubi vitam &
...viam Mariae protegente prodigiis habuit illustrem
S.

...mens adfert Henricus Gran in Libro Scala caeli: Puerum
...Quatuordennis piissima virgo quadam Deiparae ma-
...time devota, desiderabat anxie, & exposcebat sollicite
Puerum
Jesum tradit
Devote

84. ab ipsa, ut ostenderet sibi Filium suum Jesum: quidem obtinuit in eadem Natalitii Dñi nocte, in qua apparuit ei Virgo Maria Puerum Jesum manibus suis gestans, deposuit que eum inter puella illius uinas, cui subridens Jesus dixit: amas me? cui puella respondit: hoc dicat cor meum: quo dicto aperit illi pectus ex quo prosiluit cor, ipsa que in amplexu pueri Jesu expiravit amore. Christi succensus intonuit subito celestis musica, accurrunt vicini mortuam inveniunt puellam corde extracto in aureis litteris hæc scripta legerunt: Diligite me, quia tu creasti, redemisti, & dotasti me

Devotos
mira recreat

burgi Germaniæ urbis Monachus Cisterciensis (nomen habet Casarius L. 7. c. 21.) Devotissimus Mariæ Capellanus desideravit anxius & rogavit B. Virginem, ut se deo videndam permitteret: quod salubrius quam optatum consecutus fuit; primò enim misit Deigenitrix S. Agnæ que illum suo nomine inviseret, & dulcissimo cantu recrearet; deinde misit illi similiter S. Catharinam Martyrem; postremò apparuit illi ipsamet, & tam sua videri coram se canere cepit, ut ipse velut mortuus in terram ceciderit, & post nonnullos marianis favoribus plenos annos, amoris obitu interit.

à periculis
anima liberat.
castitatis
amantem

10. Imperatrix quædam Romæ ut Refert P. Alloza nomen relicens, nobilis quidem genere, nobilior vero pietate ac devotione in Deiparam

corporis autem pulchritudine inter omnes illius aetatis 85
feminas longe nobilissima, propter defendendam castita-
tem suam, & servandam fidelitatem Imperatori marito
merito debitam, innumera perpessa fuit mala exitia
scilicet, iterata falsa testimonia per plura, calumnias,
honoris jacturam, servititem, famem, sitim, & pericula
mortis frequentia ac vere gravissima: a quibus omnibus
miraculose profecto eduxit eam liberam S. Dei Parens:
ad majorem in mundo restituit honoris famam, ad spiri-
tuale cum Christo conjugium in quadam religione supers-
tite adhuc Imperatore amicabiliter transiit, ubi usque
in finem, Maria juvante sanctissime perseveravit.

Favet
Castitatis
amatoribus

Anno Dñi (apud Calum Stell: L. 1. c. 4.) 1610. erat Matriti
adolescens satis pius & B. Marice de Atocha ita vere
devotus, ut uno quoque hebdomadae sabbatho nudis pedi-
bus iret valde disuculo ad imaginem illam visitandam
recitans in via sanctissimum Virginis Rosarium, in cu-
jus per celebri sanctuario sacramentali Confessione ex-
piatis & Sacra Synaxi refectus audiebat Missam, &
sanctata Virgine Maria de Atocha ad suam redibat
alacer domum, diurno officii sui labore accuratius se
applicabat: Vxor autem inanibus zelotypiae cogitatio-
nibus agitata, videns in uno ex iis Sabbathi die venie-
ntem virum suum ab illo Virginis Sanctuario associa-
tum pulcherrimo juvene, dixit illi rabida, eum esse

Item Sabbathi
colentibus.

86. juvenem, quem spreta ipsa uxore sua nefando & lu-
anrioso deperibat amore: quibus dictis egressa est e
domo, in qua solus manens maritus a mœore præ-
rephus, & a dæmone desperatus laqueo se suspendit. In-
vocata verò in extremis mortis angustiis Virgine M^o
de Atocha desperatam corporis mortem effugit ipse
illa vero in domum reversa, & veritatis conscia à
diabolico Zelotypiæ furore libera facta est.

Peccatores
ad se cla-
mantes ex-
audite

Est Despe-
rantium salus

*
Aliquot
Imagines
& Sanchiana
D. Mariæ V.

Lauretana

12.
Percelebris Concionator, apud Alora, qui Romæ plu-
rimos peccatores ad Deum suis concionibus convertebat,
ipse vero innumeris luxuriæ, concubinalis, sacrilegi-
rum, & quod pessimum est, occasionis proxima irreligi-
osis peccatis: fugiebat a Deo misericorditer enim qua-
renti, atque ad eum pluribus vocantis Dei resistens mi-
sericordiis, ab emendatione sua, & ab ipsa Dei miseri-
cordia desperabat omnino: invocans autem supre-
mam Cælorum Reginam, Angelum quemdam inie-
to gladio vitam ei eripere minantem, continuè ipsa,
unde ille se se ad Deum sincere convertens, in patienti
penitentem. Quæ Deo gratissimam egit vitam in
Cenobio quodam, ubi religionis statim amplexatus
in Deiparæ obsequio pie obiit.

13. in Historia

Lauretana habetur (lib: 3. cap: 32.) quod Luxuriosus
juvenis propter illicitam ad consentiendum libi-
dini suæ pulcherrimam & castam feminam quæ

11. nulla tenus vincere poterat, homagium etiam ^{87.}
diabolo præbuit cum syngrapho eidem exhibito
anguine suo subsignato traditionis illi animæ suæ.
hæc mulierem vicit & libidinem suam explevit:
voluntas vero contorquentibus eum assiduis conscientia
moribus, profectus est ad Lauritanam B. Mariæ V.
tinnam, ubi anxie orans pro rescindendo illo diaboli-
facto, vidit chyrographum illud in manibus suis,
quod tradidit Confessario perdocto, & confessione genera-
tium illo peracta sanctam vitam instituit, unde
sanctam mortem obtinuit.

14. Scribit Doctor Felix ^{S. Mariæ}
^{de Columna}
^{vilgo. Del Pilar}

Amada in Hist: Virg: Del Pilar, quod navigantibus
historicâ Barcinonem, marito, uxore, & quinquenni
filio a Columnata Casaraugustæ Virgine misericor-
diter impetrato, decidit puer in mare, a quo repente
reversus fuit: suum autem progredientibus iter parenti-
bus eius, primam completuris intentionem visitandi Cæ-
sar-Augustanum Mariæ Sanctuarium: cujus sacellum
ibi imago sita est, cum flebibus multis sine filio in-
venientes, ibi mirabiliter ipsum eundem filiolum in-
venirent multa sibi naufraganti a Columnata Virgine
facta pietatis officia enarrantem, & in grati animi vi-
suum plura ad sacelli illius ornatum reliquerunt
parentes pretiosissima, & ad perpetuam tot favorum
memoriam.

Monserrate sequens narratur miraculum: Franciscus de Salinas
 de Comes de Rocaforti, Uxor ejus, ac soror istius miraculose
 liberati sunt a precipiti submersione in rapidis fluminibus
 Fluvia dicti aquis propter unum invocatum Virginis
 Montiserrati subsidium = item: irata mulier ponderoso
 malleo, aliis que instrumentis quibus percussit, atque con-
 fudit dormientem maritum, interimere non potuit. Maritus
 Montiserrati invocantem illum, qui brevi a tot etiam ve-
 neribus factus est sanus, aufugam interim muliere.

Portus
Naupagan-
tium

mortalia
sanat vulne-
ra

Franciscus Martorell in Hist: Virginis Verhusensis de
 De la Zinta a Sacra Fascia, vulgo: de la Zinta, narrat, quod
 Mahometani captivi Verhusæ degentes cum viderent
 Sacra illius imaginis invocatione tot fieri in favorem
 devotorum prodigia, & ipsi orare ceperunt, ut se a
 civitate liberaret, dum per ipsius Ecclesiam quodammodo
 pertransirent ad suum euntes quotidianum exercitium
 panificæ Ecclesiasticorum fornacis excolendæ; & sane
 non incassum orarunt: quædam enim nocte, post sol-
 tas quas promiserant quotidianas precinuncias, a som-
 no surgentes ab omnibus se expeditos catenis & adipe-
 dibus invenerunt: quos Virgo benedicta dein & ad
 mæ captivitate mirabili concessa conversione liberavit.

Liberatrix
captivorum

in Historia impressa anno 1684. c. 5. pag. 51. B. 89.
de Luch in ea insula celebris imaginis, scribit, fa-
liti successu decidisse puerum quemdam in mare: quo di-
ligenter quæsito & non invento quia jam inter undas se-
ulto, nilominus tristes parentes venerunt ad sacrum de-
lirium B. Virginis de Luch, ubi, dum mortuum illum
ante sacram Iconem deplorant, ecce subito eisdem vivus
apparet in præambulo Ecclesiæ veteris atrio, erecto digi-
tostendens Mariæ imaginem ac dicens: Ecce Ecce, ista
est quæ me suscepit & eripuit ab undis ~

18. In Authen-ge los -
Desamparados

Confraternitatis Virginis Desertorum Valentia in
Veneratæ duplex singulare hujus Iconis jugæque
prodigium annotatur, unum in mortuis, alterum in rebus
supplicio mortis addictis: Dum enim in lata Valentia
desertum aliquod existit hominis cadaver, voluit
sollicita Virgo versus locum illum, quod notantes ei suc-
currere accurrunt: & erga capite plectendos, quibus pro-
supplicii locum. vera, illius S. imaginis effigies invocan-
proponitur, visa est nonnunquam illis piissima Virgo
illam quod manu gestat inclinasse in indulgentiæ signû:
post visum statim populus veniam acclamat & impetrat,
remittendo reo ab omni pena ~~manenti~~ soluto manente

19. De la Sta
cueva

Josephus a Jiskita in Hist. Virginis de la Cueva Santa
in Segobrigensi civitate sita in Valentino Hispania regno
scribit, quod ibidem anno 1643 Adulescentulus duodennis

90. nomine Hyacinthus Cabanes, ab agitato in arena tanto
lethali confossus vulnere, invocata S. hac Virgine Sancta
Cavernæ, tam repente quam mirabiliter à vulnere sanus
& de morte ad vitam restitutus est ei sacra imagine appa-
rente, omnibus miraculum! proclamantibus = & Quidam
Scolasticus pedibus claudus, oratione in hujus S. imaginis
templo factâ, sanus & robustus currens que exiit S. alio
quadriennis puerulus a peralto ruens lecto, media Pa-
rentum ad eandem prece, ex toto incolumis evasit.

Del Niño
perdido.

Miraculosa Imago Virginiis Pueri perditii, qua nunc
colitur in Villa. Caudiellensi ejusdem Regni Valentini,
quamque secum gerebat S. Vincentius Ferrerius in Apo-
stolicis excursionibus suis, Viatores duos (ut in istius
imaginis habetur Historia p. 2. c. 7.) a phantasmate
horrifico, aut, quod verius est, ab immanibus demoni-
um præstigiis invasos, & a tempestate tonitruorum
& fulgurum hirsutissime plena valde percussos se in-
vocantes mirabiliter liberavit prodigiosis lucibus re-
pente a celo delapsis, atque ex duobus unum in le-
thali submersum peccato misericorditer edocuit veram
penitentia viam: piissime ab intentata vindicta ave-
vit, & ad meliorem convertit vivendi frugem.

De Atocha Anno Dñi 1637. die 11. Julii Matrii celeberrima, quia
inea extinctum fuit ingens illud plateæ majoris inco-
ndium, tria evenere prodigia perpetrata a Miraculosa

in imagine Virginis de Atocha ad suum Sanctuarium
devota processione revertentis: Franciscus de Huete utro-
que debilis pede, potentissimum invocans Deigenitricis
subsidiū, coram innumero vidente populo, utroque
robustus pede, tripudians valde, exultare subito cepit.
Puellula natione hyberna, una manu & pede altero
debilis Eiusdem interpellans Virginis de Atocha suffra-
gium repente etiam, stupentibus cunctis sanata est =
Adolescenti utraque aure surdissimo, perfectus, quem ab
eadem poposcit Virgine, concessus est repente coram
omni populo auditis. Omnia habentur in Historia
Sanchiarii impressa anno 1670. Vide etiam
supra n. 11. ^U

22. R. P. F. Antonius de Heredia in Hist. de Sopeltran

Virginis de Sopeltran in Hispania veneratae, refert, quod
Casilda Mahometani Almon, Regis Toletani filia anno
aetatis suae supra vigesimum quinto propter sapientis-
simam eiusdem Virginis Mariae directionem a Mahome-
tano patre ad Catholicum Ferdinandum Regem: & Toletum
Patris sede, Burgos hispanam tunc Ferdinandi
curiam prodigiose traducta fuit: Ubi gubernante & ins-
trante caelitus Deipara, remisit primum illa ad paren-
tem omnem mahometanam familiam: Deinde in Religio-
ne Christiana adamussim instructa, baptizata est, & postre-
mo constructo Religioso Conventu iuxta illa Burgorum co-
enaciam, clausa illic cum nonnullis eam sequentibus feminis
vixit sanctissime annis 75. quibus expletis centenaria

22. obiit tot virtutum meritis plena, eaque per celeberrimam
fidelitatis famam, ut per communem omnium acclamationem
pro illorum consuetudine temporum, sanctorum fuisse
fuit adscripta

de Guadalupe.

23. S. Vincentius Stephanus Tartarus
Valentinus Civis invocata B. Virgine Cupini (vulgo de
Guadalupe in celebri quod habet in Castella Sanchiarre)
eaque caeleste ipsi electuarium propinante, repente ab
innumeris vulneribus a latronibus ei influctis sanus
factus est, & a morte violenta sibi imminente eadem libe-
rante immunis evasit, cuius invocatae nomen adeo ve-
nerati sunt illi latrones, ut illico eum licet multis plagis
ante afflictum, vivum saltem reliquerint

24. Ecce

del Sagrario.

siasticus pius Virginis Mariae à Sacrario Toletano
veneratae salis devotus, ministrabat in subdiaconi
munere Toletano Antistiti solemniter celebranti. Vi-
dit autem ille diabolum instar ridiculae simiae, super
orchestram sedentem, unde in pergamica charta scri-
bebat peccata duarum signanter mulierum de suis
impudicitis sub eo tempore colloquentium: qui volens
dentibus membranam distendere tam ridicule quam
sepe rethroversus corruerat: quo a solo eo subdiacono
so in grandem & scandalosum erupit ipse cachinnus,
pro quo dato scandalo, suo privatus fuit ecclesiastico
beneficio; at favore Mariae Virginis majora postea
fortuna bona & praestantiores honoris dignitates a-
doptavit

...plus est; nam re Mariæ jussu ad Brasulem delata 23.
... illa diaboli membrana, & suam recuperavit sanam,
... mediis Anhistitis monitis ostensa que charta illa, mu-
... res ea vitam emendarunt & ita refert Villegas in Flo:
... ant: disc: 48: n. 62. ~

25. *S. Franc Poiræus Soc: Jes: De Veauue.*
... coron: trip: tract: 1. c. 12. gratiosum sane hunc refert
... eventum: Massilia in Gallia percele-
... est templum in quo miraculosa venerantur Mariæ
... imago, Nostra Dña de Veauue appellata: cujus favorem
... in hunc modum expertæ sunt Moniales percelebris ibi-
... tem Cœnobii: nam omnes suis sibi amputatis naribus
... castitatis amore, horrifice raram suorum deformaverunt
... pulchritudinem vultuum; ut eo mirabili facto castita-
... tem illasam servarent a permultis barbaris, qui con-
... ventum illum ad explendam libidinem suam violenter
... iam erant ingressi: quibus autem illis abeunfibus,
... tenuiores nares, & pulchriores aliis prioribus reddi-
... et eisdem facies Virgo Dejpara de Veauue ab ipsis
... castitatis periculo invocata: in cujus gratiarum actio-
... nem Novendicalem fecerunt postea grandis pompæ
... Festivitatem ~

26. In Historia B. Virginis de Copacavana sita juxta montem Potosi in aurea Cher-^{De Copacavana}
... onèsu seu in Peruano Indiarum Regno, tradit F. An-
... reas à S. Nicolao cap: 10. fol: mihi 73. quod Anus quædam
... penitus cæca, promisit Virgini de Copacavana, se peditem

94. visitatiram percelebre illud Sanctuarium, a quo iam
longa distabat via: hoc emisso voto, apparuit illi Stepha-
ra Virgo, caelestique oculos ejus inunxit collyrio. progre-
ssum autem itinere ab anni illa pedite ut voverat, suscepto quae
perfecte visu. ut sponderat ei Alma Dei Parens: delecta
quidem & inconstans certo vetula pacifico insedit mulo,
a quo depulsa & per satis longum itineris spatium capite
inverso raptata, reliquum iter pedibus confecit, innoxia peri-
sit, & pretiosissima monilis & margaritarum dona in
celeberrimo illo Virginis Mariae Sanctuario reliquit. Ali-
multa, ut patet, omnium Mariae Sanctuariorum & Imagi-
dicta ad intentum nostrum abunde sufficiunt: nonnulla
men adhuc hic libet referre exempla Mariana devotionis
excitativa.

Nomen
MARIA.

27. Vincentius in Spec: l. 7. c. 118: Erat
Conventu S. Bertini Andomari Monachus quidam, joco-
nomine, qui quotidie post Matutinum Psalmos 5. a. s. libris
nominis Mariae inchoantes decantare consueverat: acci-
dit autem, ut quaedam nocte circa festum S. Andreae Ap-
surgentibus aliis ad Sacras Vigilias, ipse abesset, quae-
runt eum, & in lecto mortuum invenerunt, & quinq. m-
sas in vultu ejus, quarum una ex lingua, duae de oculis
& de auribus ejus aliae duae egrediebantur, & in ea quae
ex ore prosiliebat clare scriptum erat MARIA: unde ni-
rantibus omnibus, magno concursu & apparatu sepelivunt
illum honorificentissime. id accidit circa annum. 1172.

In Chronica Ord. Prad: refertur, B. Cæciliam ejusdem
 Monialem, quæ continuo manibus Rosarium attri-
 buit, & vix unquam dimittebat, defunctam digitis suis gratis
 rosarium odorem spirasse & omnibus circa ejus cor-
 poris adstantibus afflasse = & olim revelatum fuit, teste Blasio
 in vita: spiritus, cuiusdam spirituali Patri Carthusiano apud Tre-
 verum, quod quoties quis pie & sancte Rosarium contemplan-
 ter Mytheria recitat, toties plenam peccatorum suorum
 remissionem, simulque eximiam gratiam & meritum cumulat
 consequitur.

29. Scribit Th: Cantimpratensis L. 2. Apum

se cognovisse juvenem in Brabantia partibus, qui in morte
 annis esset sæculo deditis, B. tamen Virgini Mariae liberat
 rosarium quotidie Rosarium integrum exolvebat. infirmatus
 tamen ad extrema perductus est, cumque per plures horas
 moriens jacuisset, revixit subito, & sorori Moniali quæ
 curam sedebat inclamavit dicens: Soror ecce redii, cito ad
 mari facias sacerdotem: cui accessito publice confessus est
 peccata pro quibus erat damnandus, ni B. Virgo succurris-
 set sic que disponens rebus suis & domui, pace mirabili
 longo spiritum exhalavit.

30. Quædam pia Matrona, in Purgato-
 rio refrigerat

tradit B. Nicol: Turlot) diu defuncta, Dei permisso ciuda
 vi familiari & dilecta apparuit obnixè rogans ut no-
 men suum Sodaliati B. Virginis Rosarii adscribi curaret.
 Interrogata cur post obitum id postularet, respondit: Quod
 quædam delicta in sæculo perpetrata, quindocim annis

90. Purgatorii cruciatibus sum tradita, at, si in numerum
sodalium licet defuncta coopter, eius est penis eximar ob
incredibilem Rosariorum multitudinem, quæ in dies ab
illis offeruntur; quamobrem desiderium meum quanto-
cius exequere, & tandem Psalterium pro me persolve, do
nec tibi iteratò appaream, implet illa mandatum, & eue-
lapsis diebus quindecim revertitur anima, & testatur, ut
annos per virtutem Rosarii in totidem dies transmit-
tos: grates igitur illi agens ad Beatorum cælum feliciter
elevata est

Maria
Horribun-
dos recreat

31. Adolpho Franciscano Maria virgini
apprimè dicato, qui cum relicto Alsatiæ Principatu
sanctam & humilem in illa familia vitam egisset mori-
bundo eadem Virgo asilit innumerabilium Angelorum
comitatu stipata, eum que trepidantem ita confirmavit
Quid times fili imminentem mortem? veni securus, quia
filius meus cui fideliter servivisti, dabit tibi coronam
gloriæ. Quibus ille Virginis verbis & aspectu adeo est
recreatus, ut omnis horror mortis in ingratam lachrimam
versus sit

est Advocata
in iudicio

32. Sequens refert cit: Tiriot: Camberien-
quidam civis vitæ licentioris mores emendavit horri-
lem hanc videns iudicii speciem: Hinc malis demoni-
bus agens accusatoris cum ingenti volumine; inde iudicis
genius patrocinatus astabat: at cum ad defensionem
rei nihil magnum adduceret, ad sententiam pronuncian-
dam se se Christus accinxit; verum B. Virgo proculata

in quibus pro reo sit supplex, aitque: Etsi nil admodum 97.
pro Christi causa fecerit sua certe non nihil praestitisse
Rosarium identidem percurrit, unde favorem, & in
praesenti necessitate auxilium mereretur. Obtinuit à Filio
Mater tantillum temporis, dum iusto Penitentia lavacro
suam reus conscientiam posset emundare. Quae res sic
hominem percussit, ut secuta è vestigio de tota vita cõ-
fessio & concepta in B. Virginem pietas, visum non vani
tatis, sed Dei nutu immissum demonstraret.

33. Zonar: Blasphemi
in Virginem
puniti

Annal: tradit, quod Constantinus Copronymus Impera-
tor Beatissimae Deiparae venerandum nomen multis mo-
di ab Ecclesia expellere studuit. dicens, nemini eam posse
titulari. Quid autem illius morte finestus? Cum jam deo
& hominibus esset invisus sub mortem carbunculi pedes ejus
invaserant, & ardentissimis febribus urebatur, quarum
nullum a medicis remedium poterat excogitari: accedebat
elephantia morbus, sic quod in extremam animi despe-
rationem miserabiliter vociferaretur, se viventem etiam
propter Mariam Deiparam igni inextinguibili traditum,
in eumque coniectum esse: tot demum morbi coeuntes, tam
divi cruciatus, velut Mariae ministri blasphemum Casarem
perdidit. Ita ille apud Turlos

34. ^{justus} Lipsius

in mirac: Deip: Virginis Hallensis prope Bruxellam narrat
quod sequitur: Anno Dni 1580 cum Oliverius Tempelius
Hallas obsideret, erat inter milites quidam Joannes Zurvichius

98. qui jactabat palam se suis manibus Mallensi mulier-
culæ (Dei parentem intelligebat) nasum abscissurum.
sed hæc mox procurat glande plumbea excussa, scur-
ra illi nasum auferri: pœnam habuit, & irrisum in-
ter ipsos commilitones perpetuum meruit, qui identi-
dem hominem ad nasum recipiendum Hallas mitte-
bant.

Vult suos
Deutos
esse constan-
tes.

35. Narrant, apud P. Drexelium, homine mo-
generosi sanguinis, sed vitæ profligatissima, latrociniis
insuper infamem, ejus sibi consuetudinis invidabilem le-
gem dixisse, ut nullis iret dies, quo se Matri Dei non
commendasset Angeli Salutatione. habuit hic mira &
prolixæ fidelitatis famulum, qui ipsis 14. annis industriè
illi servit: patuit tandem famulatim hunc fuisse ini-
diosissimum; siquidem vir Sanchis qui in castro illo ca-
tivus detinebatur, hunc famulum adegit Jesu-Christi no-
mine fatere huius quis esset. ille vim imperii sentiens, ve-
bolum fassus est, id que in mandatis habuisse, ut si quo-
die herus salutandæ Virginis consuetudinem omiserit
suffocatum abriperet ad impiorum carnificinam, verum
ad id temporis nullum omnino diem abisse, quo herus
Dei Matrem pro more non coluisset. O! quantum vobis
vel minima scintilla pietatis in Virginem constantis no-
tam vasto flagitiorum oceano!

Discordes
reconciliat.

36. Inter Aragoniæ Re-
gem Alphonsum & Raymundum a S. Agudio Comitem
diuturna fuit discrepatio, nec ullius facundia tam potens

... iras identidem gliscentes sepeliret. Demum anno 99.
Christiano 1183. pax ita coaluit: Homo mechanicus opi-
coram Prasule cæterisque sacerdotibus oratione sim-
plici exposuit, a Deo impetratum sibi, monstraret Virginis
statu cum Divino puero picta sionem, & unã inscrip-
tionem illam: Ecce Agnus Dei, qui tollis peccata mundi
vana nobis pacem; itaque se divinis jussis non potuisse
non parere. Hic sane non magnificus caduceator ita
recordes animos movit, ut id etiã utriusque partis ma-
nantes oculi sint testati; dextras dederunt, & iurejurando
vinciverunt pacem; illam cælestis Virginis imaginem
diversis laminis incisam ad pectus palam gestarunt:
unde tanta religio animis incessit, ut quicumque effigie
illam gereret oculis conspicuam etiã inter hostes tutus
esset.

37. In Historia Sichimensi per Phil: Numan. & Mirè compa-
situm scripta narratur, quod anno 1603. ad sua redi-
tant oppida de Sichimensi vrbe homines quinque, qui,
vacillante eos nocte, in Sacellum rurale B. Mariae V.
ubi lapidea ejusdem Imago magna Sichimensium vene-
ratione colitur, recesserunt; quam propter multas bellorũ
& miseriarum calamitates illis minitantes populis, san-
guineas ex oculis effundentem lachrymas viderunt omnes,
et ab ipsis albo emunctorio linteolo lacrymas excipientibus
pro certo comperit fuit.

38. Sit ultimum exemplum Peccatores
quod refert P. Joannes Rebellus Soc. Jesu & habetur etiam Collocet
Collocet

100. in Caelo Stellato L. 2. c. 12. Peccator sceleratissimus
enormissimum perpetrare cogitabat peccatum, foras
Ecclesiam ingressus vidit puerum Iesum inter brachia
Mariæ Virginis decumbentem, totumque a planis pe-
dis usque ad verticem capitis innumeris dilacerationum
vulneribus, & Mariam sibi dicentem audivit: tu, tu
& tibi similes sic vestris peccatis Filium meum dilaceratis:
hoc contritis spectaculo suffragium & veniam
postulavit a Deipara Virgine vera peccatorum pa-
rente, quæ pro eo Filium exorans, semel, bis, tertio
quater exaudita non fuit, quinimo ab eodem Filio re-
pulsâ fuit: Denique vero tantam obtinuit a Dño re-
missionem, ut deosculante peccatore vulnera Christi
deosculari iubentis, & ista sanata, & illius oculi-
ra peccatoris fuerint remissa. Itaque ipse, &
ejus uxor devotissima Virginis femina
ex mutuo utriusque consensu nomen
Religiosæ vitæ dederunt ibique piè
& sancte viventes, sancte & piè
sub Mariæ patrocinio mortui
sunt. D

Hæc nobis hic Exempla sufficere visa sunt pro
ubi citati in eis libri defuerint quos omnino
= dentur, consuluisse juvabit pro laudibus publicis
dis Marianis, præcipue sequentes
{ Mundus Marianus. à P. Laurentio Chrysogono
{ Thesaurus Mariannus. à Dño Eusebio de Leon-Gomez

Polyantha Mariana Auctore P. Philip: Marracci 101.
Clerico Regulari

Annales Mariani à P. Joanne Cancelotto. Soc: Jesu
Mariae Deiparae Thronus Dei ab Antonio Spinello

Nunc restat Virgo Benedicta ut cum Bernardo
dicamus tibi: Ecce jam quibus poluimus votis te
prosecuti sumus, Piissima Mater, sit pietatis tuae
ipsam quam apud Deum gratiam invenisti, no-
tam facere mundo, reis veniam, medolam æ-
gris, pusillis corde robur, afflictis consolac-
tionem, periclitantibus adiutorium &
liberationem sanctis tuis precibus ob-
tinendo, ut per te nobis, Regina
Clemens, gratiæ suæ munera lar-
giatur Jesus Christus filius tu-
us Dñus noster, & per te
o! janua Cæli, ad vitam
posthæc perducatur æ-
ternam. Amen

Serm: 4. de
Assumpt

Præcipuarum Virginis MARIE Excellentiarum

Brevissima Synopsis traducta ex simili gallicæ editâ & approbatâ Duaci anno 1644. in 63. numeros divinis in favorem recitantium Coronam B. Mariæ ex tot Salutationibus Angelicis constantem

1. Post Sacram Christi Bni Hæmunitatem est MARIA omnium creaturarum Deo Charissima, Beatissima, Signissima, sapientissima, sanctissima & gratiosissima
2. Ipsa sola majori gratiâ donata est, quam omnes creaturæ simul sumptæ.
3. Nec solum illas omnes excoit excellentia generali, sed & in quavis particulari virtute Charitatis, Humilitatis, Devotionis, Misericordiæ, Fidei, in Deum, Zeli gloriæ Dei, ac salutis animarum &c.
4. Concepta fuit sine culpa originali.
5. In ipso suo Conceptionis instanti, vultus præditæ fuit.
6. In eo ipso instanti virtutum actus exercuit indensissimè, nominatim Dei amoris purissimi.
7. Ex tunc capit se Deo totam deduare magna cum ejus voluntate resignatione & dependentiâ.
8. per gratiam constituta est extra periculum peccandi vel levisime.
9. Cavide fomite peccati, & omni ad malam inclinatione aut propensione.
10. Habuit anticipatò usum loquelæ.
11. Dico Linguarum præditæ est superiori.
12. Cum Angeli sibi mirivansibus familiariter colloquebatur.
13. Prophetas omnes in prophetiâ dono superavit.
14. Et revelationi novit sui Prædestinationem.
15. A prima ætate altissima contemplationis gradum a Deo consecuta est.
16. Et in ea contemplatione cognovit altissima Scripturæ ac Divinitatis mysteria.
17. Sapius in vita Divinam videt essentiam, sicut Beati in Cælo.


18. Corpus ejus speciosissimum fuit, omnino ex parte ordinatissimum, & virtute ac modatissimum.
19. Forma ejus a Filio omnium pulcherrima & formosissima.
20. In animam se mere intuentium infundebat omnis honestas in amorem, & ardorem omnis cupidinis extinguebat.
21. Soli ipsius presentia interna devotione movebantur & spiritali gaudio, qui eî converso quærebant.
22. Eadem ipsius presentia fugabantur daemones, ex ipsi corporibus & tentationes quævis cessabant.
23. Prima omnium Virginitatem vovit.
24. Dea & Pæperitæ voluntatem emisit.
25. Nec non se Obedienciâ erga sacerdotes Templi, & sponsum suum.
26. Illi in maritum, miraculose datus est a Deo sanctus Joseph.
27. Prima & unica concepit ac peperit Virgo permanens.
28. Conceptit instantaneè corpus perfectum animatum, ac Divinitati unidm, Deum verum, verumque simul hominem.
29. Illum concepit sine carnis voluptate, & absque dolore.
30. Jilo per novem menses fuit gravida, sed sine onere, aut pena ulla, iho cum singulari spiritus lætitiâ.
31. Tandem ipsum peperit sine labore.
32. Illi Filius Dei subditus esse voluit, & obediens.
33. Cui conversata est familiariter per annos triginta, & amplius.
34. Ex hac conversatione Divinâ mirè profecit in omni virtute & scientiâ cælesti.
35. Sola inter mulieres obtinuit ab ipso Christo baptizari, & creoitur ab eodem in ultima Cæna, & Eucharistiam primam accipere.

36. Stetit prope Crucem Filii sui, usque ad ejus mortem, quem intentis incantanter oculis respiciebat, ut hauriret ipsius dolores per compassionem, & actus affectus per imitationem.
37. Prima eum vidit & moribus reversionem.
38. Pæperit benedictionem benedicta est a suo Filio in calum ascendente.
39. In die Pentecostes longæ specialiter repleta est spiritu sancto præ omnibus Apostolis.
40. Nam Doctrix fuit Apostolorum, atque Magistra Evangelistarum.
41. Apostoli omnes, per orbem dispersi, ipsi morienti absterunt.
42. Et Filius suus visibiliter apparuit, & ad postremum usque habitat cum suis.
43. Spiritum tradidit, sine ulla anxietate vel dolore, sed ex gaudio inexplicabili & actu Charitatis eruditissimo.
44. Anima ejus statim a morte Christum Filium amplectata, illico beatificâ visione illustrata, & recreata est.
45. Ac post triduum ejus Corpus, quod manserat incorruptum, anima spiritus fuit restitutum.
46. Et statim in Cælos assumptum, tum cono agilitatis, tum Angelorum ministratio.
47. Ejus Assumptionis triumpho assistit Filius ejus, ei que Angeli & Sancti omnes obviam venerunt.
48. Et in hujus Triumpho gratiam & augmentum, plurima eâ die à panis evaserunt anima Purgatorii.
49. Ornatum fuit ejus Corpus dotibus omnium a Christo humanitate excellentissimis.

50. Interim Apostoli & ceteri Discipuli ad ejus tumulum Hymnos & cantica certatim occinebant.
51. Statim post Assumptionem solemniter Coronata est, & a Beatissimis omnibus Cæli ac terra Regina recognita.
52. In numeris per orbem clare miraculis præ sanctis, omnibus, qui vix ea edunt sine illius Intermissione.
53. Eam honorant & collaudant Pontifices Reges & Principes, ac omnis status & conditionis homines.
54. Vix numerari possunt tot templa, aræ & sacella, & dicula.
55. Immo cum adhuc viveret aliqua exstructa sunt sub ejus nomine.
56. Sancta Cælestis in ejus gloriam & cultum diem Sabbati specialiter sacravit.
57. Pluris valet ejus apud Deum intercessio, quam omnium simul sanctorum.
58. Sic etiam, ejus erga nos Preces & misericordiâ accipit paniter reliquorum.
59. Et ideo preces ad illam dirigis solite prævalent ceteris orationibus & devotionibus erga alios Cælestes.
60. Verò erga ipsam Devotio peculiaris merdium est ad salutem assecurandam, ut ipsa sæpe comprobavit jam desperantibus.
61. Magna ergo fiducia ad illam confugiamus in necessitatibus nostris.
62. Diligamus eam super omnia pure creda, & super nosmetipsos.
63. Colamus, veneremur & glorificemus illam præ Angelis & omnibus sanctis, superioribus que ei serviamus obsequiis, ut per illam consequamur & gratiam in hac vita, & gloriam in futura. Amen.

Omnia constant vel ex sacris Litteris, vel ex Traditione, vel ex piis gravissimorum Scriptorum assertionibus

FINIS



Secundæ Partis Subdivisio II.

103.

Pro Festis Sanctorum Solemnioribus

Die XXX. Novembris. In Festo
S. Andreae Apostoli

Thema: Illi statim, relictis retibus, secuti sunt eum
Matth: 4.

Locus: Quam promptè S. Andreas vocationi Christi
responderit, hujus mundi retia innumera relin-
quendo, & Christi Crucem toto cordis affectu
amplectendo

Extensa in mundo ubique retia: sic ubi venatorum
aurescit numerus multiplicantur & retia seris que omni-
bus in silvarum antris mors imminet presentissima, quo-
rumque enim sese proripiunt, retia & laqueos offendunt.
Rarè abiter in hac vaga mundi silva venatores pluri-
mi, retia plurima, latebræ nullæ, locus nullus, nullum
antrum a retibus liberum; non ipsum templum, non
ipsa sacra arca, non ipsa mensa Dñi, suis non caveant
caveat laqueis: Diabolo non desunt retia quibus infes-
ta reddit & invicè omnia; quosdam illecebris oculorum
quosdam aurium; hos gulæ, illos luxuriæ, hos lingua
illos vestium pompæ in casses suas pertrahit astutus
animarum venator & piscator: inquinatae sunt viæ
illius omni tempore, Ps: 10. Circuit querens quem devo-
ret, 1 Pet: 5. & Gen: 3. Serpens erat callidior cunctis ani-
mantibus

104. manibus terre quæ fecerat Dominus Deus, / Paralipomenon
Consurrexerunt contra Israel, Job: 1. Circuivi terram
ait Satan, & perambulavi eam, Zach: 3. Satan stans
a dextris ejus (Jesus sacerdotis magni) ut adversaretur,
Math: 4. Accedens tentator dixit iesu: si ~~tu~~ filius
dic ut lapides isti panes fiant... mitte te deorsum...
omnia tibi dabo si cadens adoraveris me, En tres princi-
pales diaboli laquei divitiæ, superbia, gula. Apoc:
Serpens antiquus qui vocatur satanas, qui seducit vni-
versum orbem, & cap: 20. Solvetur satanas de carcere
& exibit & seducet gentes, quæ sunt super 4. angulos terra
arma ejus Concupiscentia carnis, concupiscentia oculi,
timor, & vitæ superbia, nec non & ipsi homines: ut
nim homo homini quasi alter demon: unde David
rogabat: Eripe me Dñe ab homine malo, a viro iniquo
eripe me, ... a labiis iniquis, a lingua dolosa, & verum
dixit Tullius: in animis hominum multe sunt lab-
ræ, multi recessus, hinc militia est vita hominis in
per terram, & inimici hominis domestici ejus, & S.
Antonius Magnus Orbem totum laqueis obducere
vidit: Hos omnes Mundi & diaboli laqueos reliquit
S. Andreas: & relichis relictibus, incidit que felix in
Dñi: seculi sunt eum

2. At non utcumque reliquit, sed statim, seu prompte & punctualitate
illi: & illi statim relichis relictibus, sicut enim in morbo
corporis medelæ dilatio, sic in divinis multum necesse
procrastinatio, quia ut longe præstat anima corpori

ita & magis obest quāvis in re oivina. anima, quæ sola
 est medicina, omnis dicitio, ideo Noster Apostolus continuo
 ait: *Quis est Dñm vocantem: non perit valedictionis paren-*
ti causa, & componendum suarum rerum domestica-
rum tempus: nos frequenter Deo per inspirationes sanctas
respondemus cras, cras: Venite ad me omnes qui *Matth: 11*
atratis, dicit Deus, & nos reponimus: Uxorem duxi-
dam emi... iuga boum emi quinq;... habe me excu-
sum, maxime cum dicat Deus: Misi ad te obsecrans
venires ad me, 3-Reg: 14. & nos dicimus: Hierem: 2.
Non seruiam, Festinemus (monet Ambrosius) nam pas-
ta non manducatur nisi festinanter, de nobis tardanti-
bus sic queritur Deus, & minatur nobis: Super quo percu-
am vos ultra (isa: 1-5.) Frustra percussi filios, disciplinam
non receperunt (ierem: 2.) Secundum desideria cordis ves-
tri iustis in adinventionibus vestris, Ps: 80. Pro eo quod
abieci sermonem Dni (2-Reg: 15.) abiecit te Dñs ne-
que Rex... Quare ergo non audisti vocem Dñi, sed ver-
nos ad prædam es, & fecisti malum in oculis Dni?
qui contemnunt me, dicit Deus 1-Reg: 2-, erunt ignobiles
quens locus sum ut domus mea ministraret in cons-
pectu meo in sempiternum, nunc autem absit hoc a me
hoc David dixit Dño Viam mandatorum tuorum cucur-
& nos monet Scriptura: Sic currite ut comprehendatis,
claudetur janua, & dicetur nobis: Nescio vos. Ho-
die si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra, Ps: 94.
de misoris nobis, inquit Gregorius Hom: 19. in Evang: qui de

106. electione nostra nullam adhuc Dei vocem cognovimus
& iam in otio, quasi de securitate torpemus; debet propo-
to debet in spe esse non solum securitas, sed etiam timor
in conversatione, ut & illa certantes foveat, & iste hor-
pentes pungat, ideo Aug: to: 10. serm: 220 ait: Vis habere
utilem penitentiam? modo habe, & to: 8. in ff: 12.
Fratres non tardetis converteri ad Dominum... non querat
dilationem in voce corvina cras cras, sed confessionem
in gemitu columbino... vocat Deus undique ad conver-
sionem: vocat beneficiis, vocat imperando tempus veni-
di, vocat per lectorem, vocat per tractorem, vocat per
intimam cogitationem, vocat per flagellum correptionis,
vocat per misericordiam consolationis,

culti sunt eum. Perfecta Christi sequela stat in eo
Christus ipse dixit: Qui vult venire post me, abneget
semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me, et
voluntas nostra Chamæleonis simillima est: non sicut
animalculum illud rerum omnium, quibus se applicat
ab aliis applicatur, colorem induit, præter rubrum &
cecum; ita huius temporis Christiani ut plurimum Christi
sequimur ~~et~~ durante consolatione, purpureum autem
guinis ejus colorem adveniente tribulatione volumus
dovere; ipse tamen dicit: Qui non bajulat crucem
non est me dignus, Qui non renunciat omnibus que
sudet non potest meus esse discipulus. Quam perfectè
Gloriosus S. Andreas Christum secutus est: nam 12.

relinquens, omnia reliquit; & quam perfecte Chris-
 tum est imitatus in passione Crucis: Dicebat Christus:
 desiderio desideravi hoc pascha, & dixit Andreas, vel ad-
 huc a longe Crucem prospiciens: O! bona crux diu desi-
 derata & jam concupiscenti animo preparata!; Sitivit
 Jesus majora tormenta; Andreas currens properat ut
 crucem subeat, & tardationis supplicii conquiritur. Secu-
 tus & gaudens, dicebat ad Crucem, venio ad te, ita & tu
 suscipias me discipulum ejus qui pependit in-
 ter. O! verè Christi Discipulus, vel ipso tempore primus!
 O! heu! quam pauci cum Andream crucem exosculantur:
 non contra velut pueri qui amaras potiones, licet salubres
 volunt refrigerare; ita nos, quævis non mortis instrumenta,
 sed quamlibet, etsi saluberrimam tribulationem refu-
 gimus, immemores, quod Regnum Cælorum vim patitur &
 volenti rapiunt illud. O! si possemus dicere sicut Andre-
 as cum Paulo: *Mihi mundus crucifixus est & ego mun-*
di crucifixus sum, Gloriabor in infirmitatibus
meis & angustis pro Christo &c.

Die III. Decembris

In Festo S. Francisci Xaverii Confessoris

Thema: Euntes in mundum universum, prædicate Evan-
gelium omni creaturæ. Marci 16.

Propus: S. Xaverius non solum ixit, sed volavit prædi-
care evangelium omni creaturæ. Vas electionis
electis

1. Qui sunt isti, quærit *Isaias* (cap. 60.) qui nubes volant? & hos esse Apostolos censent *S. Gregorius* & *perthius*, multi que *Interpretes*, quod Apostoli, impetu quadam aura cælesti, ut nubes volant ab oriente in occidentem, à septentrione in meridiem, ab uno in alium: hic que non solos Christi duodecim Apostolos indicari censent *Thomas Bozius* & *Vindobrandus*, sed Viros etiam illos Apostolicos, qui Divino afflante Spiritu ad Indos, extremos que fines evolant. Quis non videt, *Xaverium* hic clare depingi, *Indiarum* Apostolum, & si non dignitate officii tamen & gloriæ Apostolicæ emulum, fulgentem nubem per tot *Regiones* volantem. Audiamus *Antoninam* (serm. de 55. Apostolis *Simo* & *Juda*.) in illius verba citata: *Omnes Apostoli*, inquit, possunt dici quia pluviant verbis, coruscant miraculis, tonant precibus, & volant contemplatione mentis: quæ, quàm accipiem præsterit novus hic *Apostolus*, mox ostendimus.

2. Pluit verbis. nam *Psaltes* *Regius* & *Psalmista* *Pluviam* voluntariam *Septis* segregabis *Deus* hereditaria tua, per quam *pluviam*, intelligit *S. Hilarius* *Evangelicam*. *S. Hieronimus* *Prædicationem* & *legem* *Moyse*, sed *Hugo* *Cardinalis* *Prædicationem* *legis* *Christi* qua suam vult imbui *ecclesiam* sibi segregatam: *Xaverius* *pluvia* tot nationes irrigavit, & in *Christo*

a Gentilitate & erroribus segregavit per India
 peniam & tot adjacentes insulas: in quibus omnibus
 ut ros eloquium ejus, & verba illius sicut pluvia
 fertilizans, ipsa hominum corda irrigabant = Coruscant
miraculis: Vocem dederunt nubes, ait David Ps. 76. vocem
 tonitru, ad quam obstupescunt omnes. Sic Viri A-
 vocis & verborum suorum pluviae addunt, Deo
 miraculorum & prodigiorum fulmina, rore in ra-
 tum imbrem mutato, & nubis obscuritate in lucem &
 aritatem versa, cujus coruscationes illuceant orbi terrae
 unde pradicatio, velut sagitta, in animas transit, ita om-
 nino pradicans Xaverius, toti orbi mira fecit prodigia, cui
resistant elementa, aves caeli, pisces maris, & inferni po-
tes: quod & in ipsius defuncti reliquiis & imaginibus
 adeo perdurat ut novus appelletur Thaumaturgus.
 = Totus judicium; durissimos convertendo & rebelles justo
 Dei judicio puniendo & deterrendo; sicut enim ad fulguris
 coruscationem sequitur illico tonitru strepitus, sicut lo-
 cutus est de Basilio Magno Nazianzenus) Xaverii oratio
 tonitruum erat, quia vita fulgur, vite enim suae exem-
 pla & miraculis resistentes, orationibus suis, vel tandem
 inducibat, ad motus Divinorum judiciorum considerationi-
 bus, & minis terribilibus, vel Deo puniente puniente castiga-
 bat = Volat tandem mentis contemplatione multis per-
 asionibus pennis cognitionis, dilectionis, meditationis &
orationis sicut columba volans, & requiescens in Dei sui

Ps. 76.

110. Dulcissimo sinu, & qui sicut nubes in terram
descenderat, ut vapor suavissimus de terra in caelum
revolat: ita ut ~~et~~ ipfi verificetur dictum illud
42.) Dedi te in lucem gentium, ut aperires oculos
eorum... conversi sunt retrorsum, confundantur
fusione... Dñs voluit ut sanctificaret eum & ve-
ret, & 3. Reg: 18. Ecce nubecula parva quasi ve-
nim hominis ascendebat de mari, D

3. & quidem
modo Xaverius nubem imitatus sit, vidi mis-
& ut lux illuxisse cunctis gentibus: qualis vero
lux fuerit paulo amplius mox declarandum. 3.
fuit semper & ubique pura, admirabili sua
quæ, ex Seraphico Doctores, Candida est instar
illius æternæ, nihil habens immunditiæ, nihil
concupiscentiæ, & juxta Ambrosium Castitas facit
los, qui eam servavit Angelus est, quâ ut Ang-
fuit Indiarum Apostolus corpore & mente, ita
de testatur, quod ~~et~~ etiam dormiens ad speciem
castam, usque sanguinem resistit expellendam.
Lux fuit adeo impassiva (qua, ex Bonaventura
quam corrumpitur actione extranea) ut ipse
sitania Provinciale scribens sic loquatur: 3.
cunt studiosi mei omnes & amici, quod tam longum
at periculosum iter (ad sinas ire volens) suscipere
verear; multa mihi tempestatum, Syrium, quæ

nam pericula proponunt. Ego autem & hos terrores
& discrimina & arumnas, & cruces nihil admodum per-
timeo, nihil que metuo præter ipsum Deum, Genero-
sus Christi miles, qui conflictus subit & gravissimorum
casuum sustinet incursus. Providus Gubernator, qui in
tempestate naufragium vitare novit, undas sulcando ma-
ritimam declinando. Athleta fortis, cujus virtus, tan-
quam in laterna lumen, inter asperas procellas & gra-
vissimos lucet, nec extinguí potest, fluxus. Dicta sunt
Apostoli I. de Jacob: O. B. = Lux sui communicativa &
diffusiva, ut solis lumen, & in similitudinem dictam Ezech: 1.
auris corruscantis, ibat prædicans & publice annun-
prophetis, cum tot magna profari potuisset a se visa
audita, & in se facta, quæ omnia ex humilitate reli-
quit, & sibi soli profunda meditatione contemplatus est,
nullis interim Angelorum recreatis visitationibus de qua-
rum tribus mentionem faciunt Sacre Paginae Matth. 1. ne
pensionem dimitteret, ut in Ægyptum fugeret, ac ut inde redi-
ret: omnes que Josephi Laudes ibidem scriptura complec-
tur paucissimis, sed multa indicantibus verbis istis: Jo-
seph autem cum esset iustus, = Crevit 3^o insigni Obedien-
tia, adeo ut a Maria revelatum sit S. Brigittæ, eum Lib. 6. Revel:
tas fore verba continenter in ore habuisse: *Unam vi-* cap: 59.
nam & adimpleam voluntatem Dei mei: hinc illico fir-
ma armatis fide Angelis prædicta illi nuntiantibus
illud & absque ulla tergiversatione obedivit, nullis de-
stantibus difficultatibus = Crevit demum Sedulitate, cura
& amore quo tot actiones erga Christum Deum & ho-
minem exercuit, summum totius mundi Thesaurum si-
bi à deo commissum considerans: Christum in sudore
vultus sui & in labore manuum suarum semper aluit,
individuum ei comes in omni peregrinatione adfuit, amo-
re tam naturali quam acquisito, ut Theologi loquuntur
& supernaturali amavit. Recte ergo Bernardus Hom: 2.
super Misus: Quis & qualis homo fuerit Beatis Joseph
conspice ex appellatione, & Homil: 3. dicit: iste est fidelis
servus & prudens, quem constituit Dominus suæ Matris

148. suæ Matris solatium, suæ carnis nutritium, solam
niquè in terris magni consilii coadjutorem fidelissimam
ut non immerito possit illi accommodari, quod de alio
Joseph scriptum est: constituit eum Dñum domus suæ
& Principem omnis possessionis suæ

S. & quanta nos
putamus crevisse gloriã, qui tot ac tantis accrevit
gratiis & meritis? certe si aliquibus apud Doctores
Theologis assentimur, dicemus Josephum cum Christo
redivivo cæterisque sanctis in vitam pariter rediisse
cum eodem in comitatu ac societate illorum, qui Christo
moriẽte revixerant, abisse in cælum, a Christo & Chri-
sti Matre proximum obtinere locum, cui adhuc inter
mortales Christi proximitas adeo intima concessa est
quare sic S. Josephum alloquitur Bernardinus Sermon
de Desponsat: Maria: O! sanctissime Joseph, si Petrus
semel tantum videns gloriam & pulchritudinem Jesu
transfigurati dixit: Dñe bonum est nos hic esse: vult
tu dicere debebas, cui non semel, sed sæpius, ut pie cre-
ditur, se benedictus Jesus transfiguratum in corpore
glorioso ostendit? Josepho sane convenit ille volup-
tabilis nuntius: Isa: 3. Dicite justo quoniam bene-
si autem mirum videatur, quod tanto tempore scilicet
usque ad tempora Gregorii Papæ XV. qui hac die
ejus festum in tota Ecclesia celebrari primus præcepit
S. Josephi specialis veneratio quasi in oblivionem obli-
ta fuerit; ad inscrutabilem Dei providentiam referen-
dum.

quidem aliquandiu neglectis & incognitis fuit in 149.
terra, eo glorioſior fuit in celo; ideoque quod ad nos at-
tinet, ejus cultu devotiſſimo eam negligentiam compensa-
verimur, & ſecuriſſimum illum apud Deum & Dei Ma-
gnum nobis ſeligamus Patronum & advocatum, pro vita
& morte noſtra: illum inquam, cui, teſte Iſolano ſic
promiſit Jeſus: Ero auxiliator omni homini in Eccleſia
ſanctorum, qui in die memorie hujus, o! Joſeph, Deo ſacrifi-
caverit, & qui meditabitur in vita hujus, & laboribus

Die XXI. Martii

In Feſto S. Benedicti Abbatis

Thema: Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te,
Matth. 19.

capus: Omnia reliquit S. Benedictus, & perfecte Chriſti
eſt ſecutus, tria Religionis vota emittens & ob-
ſervans.

1. Omne quod eſt in mundo, ex 1. Joan. 2., concupiſ-
centia carnis eſt, concupiſcentia oculorum & ſuper-
bia vitæ, vel enim quidquid mundus habet ſenſibile
habet hæc, vel divitiæ, vel honores vani, ut patet
diſcurſu facto per res omnes mundanas: qui ergo hæc
omnia reliquit jure merito dici poteſt reliquiſſe omnia
quæ in mundo ſunt. Jam vero tria Religionis vota
emittit, tria illa reliquit & abiicit; vovens caſtitem
renunſiat carnis deliciis; per paupertatem Divitiis,
& ſuperbiæ ac vanis honoribus per obedientiam &

150. subjectionem Superiori: Qui autem hæc vota per-
 fecte observat, perfecte Christum sequitur: quia ab-
 negat semet ipsum per Regularem obedientiam, fol-
 lit crucem suam per Religiosam observantiam, quæ
 si Martyrio est horrore mitior, diuturnitate tamen
 est molestior, ex mente Bernardi; tandem que deum
 sequitur ejus sectando exempla virtutum, & ad perfec-
 tum sanctitatem in ejus consiliis contentam, per om-
 nes virtutum actus aspirando: sic S. Thomas 2. 2. q.
 189. a. 4. ~~quæ~~ statum religionis appellat exercitum
 quoddam ad sanctitatem assequendam, & S. Bern-
 ardus ^{vocat} pretiosam margaritam: Quæ est, inquit, ista tam
 pretiosa margarita? Nonne hæc religio pura, san-
 cta & immaculata, in qua (prosequitur bona Religi-
 si status enumerans) homo vivit purius, cadit re-
 rarius, surgit velocius, incedit cautius, irroratur fre-
 quentius, quiescit securius, moritur fiducius, purga-
 tur citius, premiatur copiosius. Videamus modo
 an & quomodo S. Abbas Benedictus tria illa vota
 emisit & servaverit, & eo ipso omnia relinquens
 per virtutes omnes Christum secutus fuerit.

Hom: de
 verb: S. Th: 2. 2. q. 189. a. 4.
 simile est
 regnum cali:
 homini negat
 hatori. &c.

S. Benedictus Nursiæ in Italia parentibus & pros-
 pia & virtute nobilibus natus, vel ab ipso Matris vero
 præsagium dedit futura sanctitatis per mysteriosum u-
 tunc cantum, quasi jam Deum laudare inciperet, & mo-
 do

pen-
tia ad-
n, fol-
7, que
iam
Iesu
perpe-
ram
12
istum
Bern-
tam
pan-
Relig-
7
r
m
vra
ues
2
m
m
bo

annunciare, & ipsum ei impositum nomen Benedictus
Benedictionum dulcedinis annuntiat, quod multis ac piis
sunt à Sanctis æque ac Doctis viris exponi interpretatio-
nis. Cum autem annum ætatis decimum tertium ageret, mū-
niale æternum dixit, & in altam se recipiens speluncam
vixit se totum dedit contemplationi; at latere non potuit
Deus in Religiosa vitæ normam & Exemplar prædes-
tinarat; & ideo tot ad illum confugere Discipuli Discipuli
santitatis eius famæ adducti, ut in plura eos dividere Monas-
teria coactus sit illisque quam solus servaverat in eremo
vitæ formam, posthæc a S. Apostolica approbatam,
modernioribus Institutis amplexatam: Crevit que in tan-
tum & numero & sanctitate S. Benedicti Ordo, ut aliorū
sanctorum, aut tot Monasteria, aut tot ex omni gradu sanctorū
numero adscriptos numerare queat. Cecidit sane in Divum
Benedictum illa a Deo Abrahæ data benedictio: Gen: 12.
Etiam te in gentem magnam, & benedicam tibi, & mag-
nificabo nomen tuum, erisque Benedictus, & ista eidem
multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli; & sicut arenā
maris, quæ pro multitudine numerari non potest. Ejusque
æquila ab ipsa Cæli & terræ Regina laudata est sic S. Bri-
gidam alloquente (Lib: 3. Revel: c. 30.) Benedictus composuit
nam regulam de Spiritu Dei, per quam multi perfecti
sunt facti sicut Benedictus, ubi & Regulam & auctorem
viro affixit encomio Beatissima Virgo: ideo que qui tot
sanctis que Vitam Religiosam servare docuit essentialiter
tribus supradictis votis constitutam, quanta ipse perfec-
tione

3. Itaque si Uoluit
 servavit S. Benedictus integerrimam castitatem, perper-
 hiam que corporis & animi continentiam, Carni concu-
 piscentiam relinquens & debellans, atque in hoc pueri-
 mum & immaculatum Dei agnum Christum perfectione
 sequens. & quia Castitas à Castigando dicta est, a primo
 annis tenellum corpus multis & miris afflictis mor-
 tibus herbae, potus aqua pura, lectulus nudum solum
 illi erant: de quo demon invidus multis eum molestis
 carnis titillationibus, semel que inter alia objecit ab-
 centi castissimo speciem aliquam mulieris, quam olim
 castus usurparat oculis, in ejusque animo eos excitavit
 motus, ardores, & aestus ut fere impar esset resistendo
 Divina fide ac gratia armatus se illico in spinosum
 dus projicit & voluit dumentum: hinc edomita penitus
 concupiscentia, hinc sopiti & ex toto extincti venere-
 nes, & de hoste crudelissimo parata victoria, à qua
 cept nullum Benedicto bellum sed alta & aeterna pax
 successit. indeque omnes Castitati famulantes in summo
 gradu acquisivit virtutes fidem, humilitatem, temperan-
 tiam, mortificationem, modestiam, silentium, orationis
 ac solitudinis amorem. Vere Ascensiones in corde suo
 disposuit in hac valle lacrymarum, totius Divinae
 contemplationibus intentus, ut Gloriam Dei contemp-
 2. Cor. 3. in eandem imaginem transformaretur, saepe a terra
 sublevatus, & quasi deificatus, multis que Dei acti-

... (quam singulari vel ab infantia coluit cultu) 1573.
... reatibus recreatus

4. Paupertatis religiosæ fuit
sectator, ac oculorum concupiscentiæ perfectus
terminator, qui adhuc apprimè juvenis possessiones &
videndi spes omnes & re & affectu reliquit, quibus se
a vito æternum negavit: strictissimam que indicit in
Regula paupertatem: sibi verò extremam rerum om-
nium inopiam procuravit: nulla enim ei supellex fuit ni-
si anea palmo uno longa & digitis duobus lata in
medio visebatur imago Christi, præterquam, & hunc
maximè nil sciebat, cupiebat aut quærebat: in hoc
librum ipsum verè secutus, & imitatus, qui viam perfec-
tionis docens dixit: Si vis perfectus esse vade, vende om-
nia que habes, & da pauperibus, & in Monte prædicans:
Beati pauperes spiritu: Hinc oriebatur in S. Benedicto
regna in pauperes misericordia & pro posse largitas
propositio, quam reprobantibus, quod permaxime etiam
regaria largiretur, respondebat: Deus dabit; hinc ma-
nus mundi & mundanorum contemptus, hinc que
vilitatum omnium ac vanitatum despectus: Hinc tan-
tam liberalis Dei erga ipsum, & ejus monasteria
tributio, ut eorum etiam temporales mobiles & immo-
biles possessiones, per totam Europam distribute, Publi-
ca Republica Christiana ærarium dici possit: ita ut
Prælatibus libere, verè tamen pronuncia verit de
Abbatibus, Præposituris, Prioratibus, & Cœnobiis Monialium,

154. Quod si unusquisque sua possideret tertiam partem
Christianitatis S. Benedictus habere crederetur. Deus
Luc. 2. namque, qui esurientes implet bonis, & divites dimittit
Jac. 1. inanes, dat omnibus affluentem, sed singulari modo pa-
95. peribus, in quos oculi ejus respiciunt, ut verificatur
in hac vita centuplum accipere, qui propter Dei nos
ex corde relinquunt omnia cum S. Benedicto

Voto quoque se devovit Deo, ut ipsi & eis quae
praeponeret obediret, qui ab infantia parentibus
erat obedientissimus. Sicque primis de mundo relictis
de inspirationibus sine mora obedivit; & illius Deo
lante a sibi charissima solitudine in publicum bonum
& mundi reformationem recessit, quotidie repetens
quid me vis facere. Paratum cormentum Deus, paratum
cor meum, ita ut non executione solum sed voluntate
& voluntatis humili vndequaque subiectione, sum-
dientiam unicum esse & compendiosam viam per-
di ad vitam aeternam & regna caelorum, ut pie
Francisca Romana. At quem sibi adeo obedienter
noverat Deus, ~~maluit~~ hominibus subesse non voluit
praesse, non sub modio latere tantam lucernam
patere super Praelaturae candelabrum; & hoc ipse
signum est excellentis ipsius obedientiae, tum ipsi Deo
quod animi preparationem attinet, ipsi etiam hominibus
propter Deum: Nemo enim (Auctore Kempensi) Deo
secure praest, nisi qui libenter subest: nemo secure

nisi qui bene obedire didicit, cum ergo Deus ^{155.}
 sapientissime in numero, pondere, & mensura cuncta dis-
 ponat, dicendum est, insigni donatum animi obedientiā,
 ut tot & tam bene regendis vel ab initio preposuit, &
 ad mortem præse destinavit. Patet etiam quam
 egisset Obedientiæ Regularis discipulum, qui eius
 tam insignis fuit Magister, quod Magisterium plane ad-
 notandum relict in S. Benedicti Regula & statutis circa
 obedientiam quæ Deus claris sæpissime confirmavit mi-
 raculis, ut cum Joannes Abbas non reputans, utile ne
 sit an inutile, quod erat ei imperatum, cæca quadam,
 & usquam naturali obedientiā, lignum aridum ut sibi
 scaphim erat, multo ac diurno labore per annum
 rigavit; item S. Maurus Ordinis S. Benedicti fulgen-
 tissimum lumen, mandato Superioris lacum ingressus
 comprehendit, mors non est; & alter quidam a Superi-
 ore iussus leonem ad se ducere, illam cepit & perdu-
 cit. quia Vir obediens, ut Deus promisit, loquetur
 sobrius; unde patet quam perfecte etiam quoad
 Christum usque ad mortem crucis obedientem
 Benedictus sit secutus & imitatus, indeque relichis
 omnibus, mundanis nudus Jesum induit Dñm nr̄m
 G.

Cassian: l. 4.
 cap: 24.

Greg:
 Dial: c. 7.

vit: 22.
 Lib: 5.

ergo usque ad mortem Christi sequela scalam sibi
 escalam fecit Abbas sanctissimus per quam a terra in
 celos facilem sibi pararet ascensum: anno itaque Dñi
 443. die Palmarum, quo etiam recolitur annua patientis

156. Christi memoria, sua mortis praeiens sibi sepulchrum
aperiri iussit: quo vix aperto, ecce violenta febris se tangi
sentit, & post sex dies Sacris munitis Sacramentis, pia
admodum ad gementes subditos exhortatione facta in
oratorio S. Iohannis, erecto corpore, dulcissima obiit in-
vitu, morte illi porta ad caelum existente, de cuius gloria
illico in distantissimis locis divinitus habita est notitia
a S. Mauro & aliis pluribus, visa quae à dicto Oratorio
semita lata, mire speciosa & pene innumeris luminibus
fulgentissima, ~~ab oculis adstantibus expertis est~~ Si pariter
volumus viam inire aeternam, eandem quam tempo-
ralem nos docuit S. Benedictus sequamur semitam
terrena relinquamus omnia, tres illas refranantes
cupiscentias, & per oppositas virtutes gradientes, ut
nobis disponamus Christi vestigiis inhaerendo, ad
aeternam conglorificationem

Die II. Aprilis
in Festo S. Francisci de Paula Conf.
Minimorum Institutoris

Thema: Nolite timere pusillus grex, Lucae 12.

Scopus: S. Franciscus Paulanus, quia mundo pusillus
Deo magnus

1. Ad deum mundus a Deo aberrat, ut quod in oculis
magnum est & sublime, vile ac pusillum reputet: *San-*
isa: 55. enim cogitationes meae cogitationes vestrae dicit Dominus,
quia sicut exaltantur caeli a terra, sic cogitationes meae

et cogitationibus vestris, propter quod Deus mundo sic ma-
lucit: ha. 4. *Ve qui dicitis malum bonum, & bonum
malum ponentes tenebras lucem & lucem tenebras, po-
nentes amarum in dulce, & dulce in amarum, quod ipsi
propens docuit experientia: in oculis hominum longe
praecebat Pharisaeus Publicano, non item in oculis Dei,* Luc. 28.
Nolite imitari Christus Apostolos docuit interse contendentes, Luc. 22.
Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent
super eos benefici vocantur: Vos autem non sic, sed qui ma-
ior est in vobis fiat sicut minor. David coram arca Domini 1. Paral. 15.
solitans a mundo irridebit, Deo tamen gratissimum fuit
spectaculum, Magdalena frangens alabastrum unguenti pre-
sentis, prodigalitatis accusatur, & a Deo laudatur & in toto
mundo laudanda proponitur, ut videamus quam longe
divina Dei sunt iudicia quam hominum quibus parvum
vobis & reprehensibile est, quod Deo magnum, pretiosum,
& carum est. Sic S. Franciscus de Paula, eo major di-
vinitus est apud Deum, quo in omnibus minor inter ho-
mines apparuit.

2. *Nolite timere pusillus grex.*

Pusillus mundo & magnus Deo fuit Franciscus a na-
turalibus, quia natus ex parentibus pauperibus mundo
que abiectis ac natura sterilibus; sed quia insigni pie-
tate donatus a Deo fecundis redditus oratione Divi Fran-
cisici Assisio facta, cuius nomen suo Benedictionis fructu
tunc imposuerunt, & ejus in facie aliquam deformitatem
precibus & lacrymis per miraculum tolli impetrarunt.

158. & certe ut bene canit Satyrus *Vales Nobilitas soluta*
Satyr. 8. atque unica virtus, & Hieron: plerumque, ait, nobilitas
carnis ignobilitatem parit mentis, Chrysost: in Matth:
Quid prodest ei quem sordidant mores generatio clara:
Ille enim clarus (inquit Isid: Pelus: L. 2. Ep: 291.) ille subli-
mis, ille nobilis, ille tunc integram nobilitatem putet,
si dedigne sit servire vitis & virtutibus omnibus sit exor-
tus, = Pusillus mundo Deo magnus, quod adhuc pu-
lulus in honorem protectoris sui S. Francisci, Fratris
ejus ordinis inservierit per integrum annum, juxta illud
si quis in vobis major est, dicebat Christus discipulis, ait
Matth: 20. minister vester, nec ego veni ministrare sed ministrare
in hoc Deo magnus etiam, quod servus servorum Dei ad-
factus = Pusillus deinde in Eremo, quia ibi divi
incognitus ac vilis, at nobis & pretiosus Deo, & in eor-
nus: paulatim que sociis ejus fama adductis Eremus
in Cenobium abiit. O Eremus (exclamat Basilus
de laudibus solit:) sanctorum mentium delectatio, labo-
rantium quies, mœrentium consolatio, ab æstu sæculi
refrigerium, peccati repudium, reclusio corporis, liber-
tas animorum, officina gemmarum cælestium, curia
cælestium Senatorum, ubi victor dæmonum, socius
Angelorum; exul mundi, hæres Paradisi,

3. Pusillus
& Mundanis abjectus in 1^o sui Ordinis exordio, curia
Principes & Magnates contradixerunt, Deo ab omnibus
liberante & Ordinis incrementum disponente = Pusillus

a Paupertatis Religione amore ita ut vili paupere que
 nobilitis suppellectile mundo despectis, Deo valde amabilis
 noveret, saculo pauper Deo ditissimus, nam ex Hieron:
 Athan dices est, qui cum Christo pauper est, ex Gregor:
 bene convenit cum paupertate, dives est, ex Leone Mag:
 De Quado: Christiana paupertas semper dives est, quia
 non est quod habet, quam quod non habet: nec timet in mun-
 dano indigentia laborare, cui datum est in omnium rerum
 omnia possidere, ideo que Sanctus noster pretiosa
 opera ab ipsis Regibus recipere constanter recusavit,
 Deo valde magnus teste Seneca ipso Ep: 18. Nemo alius
 Deo dignus, quam qui opes contempsit, = Pusillus mun-
 do sibi ipsi humilitate minimus, indeque Deo maximus.
 Erat humilitatis, ut omnis mundani honoris fuerit
 toto impatiens: Roma a magnatibus & Summo Chris-
 tiano honoratis variis oblati dignitatibus & Officiis,
 se indignum reputavit Ordinibus, quibus se initiari
 non permisit, qui se nec humano dignum credebat
 & egregia Miraculorum patratorum donatus
 ea quidem charitate proximi molis operabatur,
 in abscondito ut multa ignorarentur ab aliis, stric-
 tum imponens silentium iis quibus favebat, Licet tandem
 Deo volente, qui humiles exaltat, Diffusa est eius prodigio-
 rum fama, & evis sui alter Thaumaturgus habitus sit
 tunc monet Isidorus in Synonimis: Esto parvus in ocu-
 lis tuis ut sis magnus in oculis Dei: tanto enim oris apud
 Deum pretiosior, quanto fueris in oculis tuis despectior.

160. Tandem fuit mundo pusillus & re & nomine datus suis
& eam Regulam & nomen Minimorum, approbante
& confirmante Alexandro VI. Pontifice Maximo anno 1482.
volens suo nomine Ordinem insigniri, nisi in quantum
sibi hominum minimus videbatur, ut Paulus Apostolus

Sed veto toties & in tantis pusillus & minimus Francis-
cus, innumeris virtutibus, gratiæ que & gloria Domini
Magnus & maximus: Cum enim humilitas in ore
sit Sanctitatis fundamentum, & a Bernardo appellatur fun-
damentum custos que virtutum, omnes sibi virtutes contem-
pavit humilitate, qui sibi adeo parvus, usque dum ad
omnium apicem Charitatem perveniret tanto gradu
ut a Deo mereretur sibi per Angelum missi scutiformis
& suorum Habitibus distinctivum cui aureis litteris
Charitas erat inscriptum: ita ut de hoc S. Fundato-
cere possimus, quod de Stephano Sermon 2. Augustinus
Charitatem pro armis habebat, & per illam ubique vincens
Charitas illi erat in corde, in ore, & in operibus. Hic
amoris igne totus inflammatus, mente & corpore
hinc & extases passus ex abundantia cordis os clamavit
Charitas, Charitas! quæ Charitas, cum ex Apostolo
Patiens sit, benigna, &c, has omnes in Francisco par-
bat virtutes de quarum singulis mira posteritati re-
liquit exempla, quæ hic longum esset recensere
enarrantur in ejus Vita, & Ordinis Minimorum Caro-
nica

167.
Luc. 18.
Quia Demum qui se humiliat a Deo exaltatur,
suscipiens sibi minimus multis a Deo gratias redditur
et in mundo maximus dominium illi in hac vita conce-
ditur in elementa omnia, & res creatas omnes, circa quas
in ipso facta prodigia enarrantur; ejus jussu incendia ces-
sant; mare & venti obediunt ei; ambulat super aquas;
vires ab uno in alium transfert locum; ferarum, furo-
rum, animalculorum importunitates, serpentina venena
attingat, expellit, impedit; ipso mediante cæci vident,
laudi ambulant, leprosi mundantur, mortui resurgunt;
vita & necis videbatur a Deo constitutus tanto ma-
jor effectus, quò minor creditus; incepit a minimo ut do-
ctus Augustinus, & etiam nolens factus est magnus; & qui
in fundamento solum cogitabat humilitatis, magna evasit
gloria celsitudinis = Magnus postremò gloriã & immor-
talitatem corporis & mentis effectus est, qui mente & corpo-
re in omnibus pusillus videri volebat; corporis quidem,
modo cum tantis exhaustum esset spontaneis afflictationi-
bus, quandam vel in hac vita videbatur indivisse immortali-
tatem, & post ab animã separatim gloriosã suaveolentiã
fructum, futuram sibi dandam gloriam prænucciabat
proximam. Animæ autem gloria, quæ multis præclaris
visionibus et miraculis comprobata est copiosissima, vel
ex reliquis virtutibus ac gratiæ donis colligi potest, & om-
nium maxime ex laudata mirabili humilitate, cum ex
ipso nostri thematis verbis, pusillis nil timendum, quia
complacuit Patri omnium Deo dare eis regnum.

Serm. 10.
De virtutibus

Die

Die **XXV.** Aprilis
 in Festo S. Marci Evangelistæ

Thomas: Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos
 Luca 10.

Scopus: S. Marcus Agnus in vita, Agnus in morte.
 1. Christus verus Dei agnus qui abstulit peccata
 mundi sibi designavit alios septuaginta duos Discipulos,
 quos ut agnos inter lupos misit, hoc est, quos sibi simi-
 les factos & sua bene imbutos doctrina voluit suum
 prædicare Evangelium suamque stabilire Ecclesiam
 per mundum universum, in quo multas passus erant vexa-
 tiones a perversis hominibus velut lupis rapacibus, ve-
 batque ut in omnibus ut Agnos se haberent. Inter hos
 signavit Christus Dñs S. Marcum, qui & in vita & in
 morte Magistrum suum imitatus est similis ei
 factus. & quidem Pater Agnus erat mirabili qua
 luit charitate in Deum & proximum: sicut enim
 amore agnellus matrem & pastorem assidue sequitur
 & ad nutum ejus emicat; sic ille præ ardentem
 Christi præcepta ~~et~~ magna sedulitate observabat
 per Dñi vias ambulans; & quemadmodum agnus
 bus charis & mansuetus neminem lædit sed fovet
 nes & recreat sic Marcus suis cunctos sibi devotus
 mansuetudine, qua etiam Divo Petro charissimus
 sic que non secus ac si quis agnum sequeretur
 ad ejus Pastoris perveniret ovile a quo distare nesciret.

omnes ad Christi gremium adducere tentabat S. Marcus 163.
sua predicatione & exemplo ~

2. Agnus erat castitate

eminebat singulari: sicut qui ramulum illius plantae
que dicitur Agnus castus, vel sola manu prensat &
est, fieri in paucis castus dicitur; ita Marco colloquen-
tibus sentiebant in se pudicitiae effectus & castitatis
morem generari: ideoque Agnum castitatis symbolum
voluit Deus immaculatum offerri in sacrificium, sem-
perque ipsi admodum placuit quidquid puritatem signi-
ficaret & praese ferret: Hinc Virgine nasci voluit, inter
apostolos Joannem praedilexit, ac specialibus semper sa-
cramentis puras mentes recreavit, & quia noluit oppositum
castitati vitium vel quidem nominari in nobis, qui aliis sahi-
tatis est opprobriis & calumniis, hujus vitii se aut suos accusa-
ri nunquam permisit = Agnus erat Oratione & contempla-
tione, quia sicut Agnus cibum diuturna & minuta mas-
cat ruminacione, ut bona ejus fiat digestio; ita ipse
verbum Dei & doctrinam Christi, verum animarum ci-
bum, profunda ruminabat meditatione, ut ejus mentali
digestione facta perfecta, mens ipsa pinguesceret, & conso-
lata in Christo que fundata redderetur; Atque hoc mo-
do per sancti evangelii publicationem reliquos Christo ag-
regaret: inde factum est, ut a deo alia ~~et~~ Beato Evange-
licae de caelo mysteria revelarentur, ut in suo scripta
reliquit Evangelio, cujus sonitus & verba in omnem
orbem terrarum orbem

3. Agnus erat Humilitate & Paupertate Evangelica
in eo Agnum Christum secutus qui se mitem & corde hu-
mitem illi in exemplum proposuerat, & mandaverat ut
nollet portare sacum neque peram neque calceamenta
manducaret que quæ ei apponerentur: Alexandria
primus Christum annuntiavit omnia eo exhortante
inter fideles erant communia ut Lucas narrat de he-
rosolymæ credentibus; in cunctis Divo Petro humiliter
obediebat ut Discipulus Magistro; tanquam agnus cor-
ram mordente se & lanarum livorem sibi auferenti ob-
mutescit; sic ille se calumniantes tanquam surdos non
audiebat, & sicut mutus se persequentibus famam que
vel alia queque bona abripiuntibus non aperiebat
suum: quibus omnibus virtutibus per Ægyptum & Alex-
andriam prædicans maxime effloruit, & multos ad Chri-
sti Evangelium credendum & sequendum adduxit
suis & exemplis, fidelem semper se ovem exhibentem
tori suo Christo qui & suas testatur oves cognoscere &
ab his cognosci, & Agnum Christum perfecte imitantem
tollens peccata mundi (Joan: 1.). Et ecce quomodo Marcus
S. Marcus sicut Agnus inter Lupos, Agnus verè fuit pro-
ta sua virtutes Agni Dei sectando ~

4. Sed & in
etiam Agnus fuit & Agnum verum Christum plene
tatis; sicut enim Christus oblati quia ipse voluit
tanquam ovis ad occisionem ductus est, & sicut agnus sine
voce sic non aperuit os suum; ita S. Marcus non aperuit
sibi mortem imminere Divina pro consuetudine celebravit

relicta, inibi que a persecutoribus nulla facta resistentia
fuit, ut propter Christi Evangelium quod annuntiaverat:
quoque Agno similis qui solus pra reliquis animalibus
silens absque resistentia se occidi sinit. Nonne Marcus
Agnus quem Joannes vidit dum dicit: Apoc. 5. Et vidi:
in medio throni, & quatuor animalium, & in medio
corum Agnum stantem tanquam occisum, habentem cor-
na septem, & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei
missi in omnes terram? Thronus enim gloriam Marci sig-
nificat, Discipuli Christi juxta illud: Sedebitis & vos super
thronos, Quod in medio 4. animalium Evangelistae laure-
am indicat; in medio Seniorum, hoc est, inter Apostolos, tan-
quam occisum pro palma Martyrii, & septem illa cornua
virtutum & praedicationis (quae vere sunt spiritus Dei
missi in terram) praemium representant. Dicit ultro Joannes
Apoc. 4. & vidi & ecce agnus stabat supra montem Sion &
centum quadraginta quatuor millia habentes nome-
n eius scriptum in Fronibus suis, Quod
ad Marco applicari potest iam glorioso & omnibus medio
in caelum migrantibus qui & ejus nomen ferent & Chris-
tiani per illum vestigia & doctrinam sunt secuti. Ty-
ranni cum Marco pugnarunt, ut vidit idem Joannes (cap. 17) Reges con-
tra Agnum feroces cum agno pugnantes, & sicut ibi agnus vic-
toriam reportaturus erat, sic Agnus noster inter lupos vic-
tor evasit, & veniens de tribulatione magna sequitur prin-
cipalem agnum quocumque ierit, & in conspectu ejus tandem
in caelo in aeternum sedebit ubi absterge sunt omnes lachry-
mae nobis neque luctus, neque clamor, neque dolor est ullus

Apoc: 14.

165. Ibi jam non esuriet Sanchis noster, neque sitiet amplexus
caedet super illum sol, neque illis astus, quonia in Agnus
qui in medio throni est regit illum & deducit eum ad vi-
tae fontes aquarum, Apocal: 7. Laudemus ergo gloriam
istum Evangelistam Christi. Dignus est enim agnus accipere
gloriam & honorem & laudem, & ejus virtutum exem-
pla imitemur, ut fidem hic congrua devotione sectantes
promissa in aeternum praemia feliciter
consequamur.

Die I. Maji. in Festo SS.
Philippi, & Jacobi Apostolorum

Thema: Non turbetur cor vestrum: Joan: 14.
Scopus: SS. Apostoli Philippus & Jacobus corde impetu-
bato persisterunt usque ad mortem in fide
virtutibus.

1. Bene admodum Sanchis istis applicari potest illud
calipsis 11. v. 4. ubi dicitur: Hi sunt duae olive, & duae
candelabra in conspectu Dni terrae stantes, quia me-
tia & constantia incredibili fidem servarunt in-
turbati inter tot vitae & mortis angustias & pro-
et omni virtute, ac sanguine suo eandem fidem con-
marunt sibi a Christo dati consilii semper memores
non turbetur cor vestrum. Cum enim praesiret
tus omnes tempestates, quae Philippo & Jacobo futu-
erant, illis verbis eos praemonuit ut sereno & tran-
quillo forent animo, & ea omnia mente exciperent.


generosa: quod ipsi ad pedem litteræ servaverunt 106.
in omnibus cor suum continentem imperturbatum, &
semper in conspectu Dñi stantes per constans fidei
& virtutum exercitium, ut ex comparatione duplicis
olive & candelabri hic prosequemur. 2. Non

tridebitur cor vestrum, : Hi sunt duæ Olive, Jam
ab a primis sæculis Olive hieroglyphicum fuit eximie
noctifalis, cum ore jeremie eo nomine Sanctam Ecclesiam
noverit Olivam uberem, pulchram fructiferam speciosam, jerem: 11.
Ab eximios Sanctitate Viros Thomam & Bonaventuram Olivas
duas & duo lucifera candelabra appellavit Sixtus V. Ita
etiam SS. Apostoli Philippus & Jacobus olive duæ sunt, quia ut
pingues sunt sic ipsi pinguedine quadam Divini spiritus
abundant: & candelabra duo, a luce bonorum operum, unde
Philippus ad Statorem præ reliquis admissus Apostolis, & Ja-
cobus Christi frater nuncupatus pro speciali etiam incorpo-
ratione Christo similitudine: Olive sunt & candelabra lu-
centia, quia fortitudine pleni & imperturbabiles steterunt in
multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angus-
tiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in vigiliis, ut Pau-
lus loquitur 2. Cor: 6. Olive enim multis resistit aeris tempesta-
tibus lignum que & fructum corde solidum producit: candela-
bra quoque supra basim suam perstat rectum, immobile,
sine vacillatione, adinstar columnæ; ita pariter Asiam
conquiescens Philippus, & judæam Jacobus perseverant fortiter vi-
tiorum monstra expugnant, & nullis contradictionibus vacil-
lantes

107. usque ad atrocissima supplicia fidem prædicarunt. Philip-
pus Hierapoli in Asia incarceratus, flagellatus, & è loco
obliti præcipitatus interiit; iacobus vero de pinaculo templi
christum iesum annuntians a scribis & Pharisæis proci-
dus obijt Deum pro persecutoribus exemplo Redemptoris
exorans: En quomodo usque ad mortem cor eorum non tur-
batur, & in hunc sensum deside sic loquitur Tertullianus
de idolol. c. 24. inter hos scopulos & sinus, inter hæc vana
& freta, velificata spiritali Dei fides navigat; intacta, sicu-
ta; secuta, si attonita;

3. Olivæ duæ propter misericordiam, quia oleum sanctum super plagas, seu gratia
peccatoribus effundebant, facti Viri Misericordiæ, sicut
que olei & olivæ fructiferæ in domo Dei. Candelabra
duo cæcos illuminantia = Olivæ duæ propter pacem,
quam procurarunt inter peccatores & Deum; sicut enim
Noëmo ramus olivæ signum talis pacis fuit, optatæ
tranquillitatis indicium: hoc enim habet oleum, teste
Plinio quod & mare fervens tranquillet. Duo Candelabra
lites obscuras sua claritate dirimentia, & oculos in-
suo lumine ofuscantia, dum suis ignoscunt inimicis pro-
illis Deum deprecantes, ut Christianæ pacis veri amatores
= Olivæ duæ ob certamen & victoriam: Antiqui nam
Poete Minervam ipsas Belli Deam Olive inventricem
dixerunt; sic Martyres isti oleo fortitudinis corpora &
corda sua inunxerunt pro Christo certaturi, ne unquam
hurrarentur: Solidissima duo Candelabra impetris an-
nes sustinentia & in sua basi Christo consolidata

ad Martyres Tertulianus cap: 3. Christus Jesus vos
 unxit, & ad hoc scamma peronxit, voluit vos ante
 agoni aduorsorem tractationem, a liberiore condi-
 tione reponere, ut vires corroborentur in vobis, & cap: 1. Do-
 mui diaboli est carcer, sed vos ideo in carcerem pervenistis
 illum etiam in domo sua conculestis, Certarunt fortiter
 sancti Apostoli, & de aliis, multos convertendo, ac de
 multis multa patiundo insignes reportarunt victorias
 Olive dua sunt, quia aeternam consecuti gloriam veri-
 tatis candidati, ut Martyres vocat abatus Tertullianus,
 in Christi sempiterna dicta est Arbor Oliva, quod lignum
 firmum ac solidum, nec cariem sentiens, nec ventos aut
 tempestatem. Perinde Athleta hic nostri, sua in fide constan-
 tia gloria nunc coronantur sempiterna, & velut candela
 duo impubribilibus elaborata metallis inextinguibili
 lucis copia fulgent, ac fulgebunt claritate perpetua. &
 cor illorum usque ad mortem imperturbatum perman-
 sit paravit illis Dominus, ut promiserat, locum in Regno Pa-
 tris sui, in quo multe mansiones sunt sine fine. Harum
 aquam nobis per istorum Sanctorum intercessionem
 petemus, & eorum exemplo in omnibus hujus vite
 mutationibus ne turbetur cor nostrum, caveamus
 in sancta fide & bonis operibus semper
 Constantes



Die III. Maij
In Festo Inventionis Sanctæ Crucis

Thema: Nisi quis renatus fuerit denud non potest
edere Regnum Dei. Ioan: 3.

Scopus: Per crucem renati, non nisi per Crucem pos-
mus beari

t. Sub Crucis nomine omnes venire & corporis & ani-
mae passiones, jam omnibus pernotum est. Crucem hinc
recte principatum appellat, est enim thesaurorum ho-
mysteriorum crux plena. Quidam Crucem assimilant
Noeticae Arcae, ut enim hæc ab aquarum diluvio Noe
familiam tutavit, sic & Lignum Crucis omne genus hu-
manum ab igneo æternitatis servavit diluvio, alii
comparant clypeo Iosue, quem levavit contra civitates
Hai, nec contraxit manum, quam in sublime porre-
rat tenens Clypeum; Alii citharæ, alii Turri compa-
rant Davidicæ, quod Latificet, tuetatur, & defendat
hic suppositis ipsius Crucis Christi salutaribus effectibus
qui, ut canit Ecclesia, Salutem humani generis
Crucis constituit, mox hic de mystica Cruce seu
ne ut plurimum loquemur, & ostendemus, jam per
renatis optimum undequaque & maxime necessarium
esse medium ad Beatitudinem æternam consequendam.

De quibus
magis ex pro-
festo infra
in Festo Exal-
tationis.

Crucis est
optimum
medium ad
salutem

Cruces ergo hic vocamus morbos & dolores corporis,
animi cruciatus, sollicitudines, curas, angores, verius

...iones, proprias cuiusque status calamitates, Com-
 munes miseras, Bellas, incendia, pestes, & quidquid
 vel ab intra vel ab extra, vel a nobis met-ipsis, vel ab aliis
 patimur doloris vel afflictionis: quia ut ait Job
 Homo multis repletur miseriis & nunquam in eodem
 permanet: quae omnia si patienter tolerantur pro-
 ducunt & in memoria Crucis Christi viam rectam conducunt
 salutem aeternam: nam: Qui seminant in lacrymis (Ps: 125)
 in consolatione metent, quia 1^o Afflictio docet fortitudinem
 & fidelitatem: ideo dixit Paulus 2-Cor: 12. Cum infirmor
 sum, & gloriabatur in infirmitatibus suis. &
 dicitur dicit suis Apostolis Luc: 22. Vos estis qui perman-
 ste mecum in tentationibus meis: & ego dispono sicut
 voluit mihi pater meus regnum, & 1-Machab: 2. ha-
 bitavit Joseph in tempore angustiae suae custodivit man-
 datum, 2-Timoth: 2. Si Christo commortui sumus, convi-
 vamus, & ut loquitur S. Hieron: to: 9. Ep: 9. Frequentibus
 mellis Christiana vita quatitur atque tentatur, & pres-
 sis innumeris letatur ac crescit, = Docet commiseratio-
 nis abstinentiam, quia afflicti afflictorum compatiuntur,
 non forsan alias non compassuri; & si paupertate affli-
 mur a nullis abstinemus, facile facile, quorum nos moles-
 tant carentia si divites & epulones essemus; quia Augusti- ad Marcellin:
 us dicit, cui licentia iniquitatis eripitur, utilissime vincit,
 & ut salvator dicebat Joan: 4. Meus cibus est, ut fa-
 cam voluntatem ejus qui misit me, & compassiva Tyria

L
 est
 n
 con-
 rem
 um
 im
 Ave
 nus
 ; al
 civit
 2 par
 i qu
 efend
 is in
 est af
 per
 eoz
 sequ
 2
 corp
 5;

Regina dixit apud Virgil: 1. *Aeneid.* Non ignava malis
miseris succurrere disco, & *Apostolus* nobis pro solatio
adfert de Christo loquens *Hebr.* 4. *Habemus*, inquit, *Ben-*
eficem, qui possit compati infirmitatibus nostris, tenta-
tum per omnia, & *cap.* 2. *Dixerat*: Unde debuit per om-
nia fratribus similari ut misericors fieret, &

3. *Docet*

Afflictio orationem & mortificationem; quia bona est
oratio cum jejunio, *Tob.* 12. & *afflicti* movemur ad oran-
dum Deum juxta illud *Ps.* 15. *Multiplicatae sunt infirmi-*
tates eorum, postea acceleraverunt, *Ps.* 81. *Imple facies*
ejus ignominia, & quærent nomen tuum Dñe, *Ps.* 77.
Cum occideret eos (nempe *Hebreos*) quærebant eum, &
Ps. 106. *Clamaverunt ad Dñum cum tribularentur*, *hæc*
Exibant *dæmonia* a multis clamantia quia tu es filius
Dei, *Chrysost.* *hom.* 42. in *Act.* 19. ubi *luctus*, ait, *ibi* *mors*
requies *altum silentium*, *mortis memoria*, *vera sapientia*
inordinatum nihil, *August.* *to.* 10. *de verb. Dñi serm.* 4. *Et*
dometur equus, *bos*, *camelus*, *elephantus*, *aspis*, *leo*, quæritur
homo: ergo *Deus* quærat, ut *dometur homo*, = *Docet* *pro-*
phetiam, ex illo proverbio 22. *Virga disciplinae* *figat* *stultitiam*,
Eccles. 11. *Qui non est tentatus*, *quid scitis?* *tob.* 28. *Sapientia*
nec invenitur in terra suaviter viventium, & *teste* *Demetrio*
Ep. 95. *Melius in malis sapimus*, : ex quibus satis patet
modo *Afflictio omnium* *Magistra virtutum* *existat*, *pro-*
deque & *medium ad salutem* *aphissimum*, quæ per *virtutes*
obtinetur: sic dicebat *David* *Ps.* 118. *Bonum mihi* *quia*

172.
molesti me ut discam justificationes tuas, & Ps: 31. Conver-
sum in arumna mea, dum configitur spina, Quare
Chrysost: hom: 67. dixit: Ne adversis casibus frangamur, sunt
in correctio.

4. Sed & afflictionis Crucem esse necessariam Criticis
Beatitudinem vel ex eo solum certo patet quod de Chris- Necessitas
ticitur: Oportebat Christum pati, & sic intrare in glo- Luc: 24.
riam suam, quid, si hoc de Capite verificatur, de membris seu
Christo renatis dici debet? quorum ille via est & exem-
plar, qui que proprio ore dixit: Matth: 16. si quis vult veni-
re post me abneget semet ipsum, & tollat Crucem suam, Luc:
14. Qui non bajulat Crucem suam & venit post me, non
potest meus esse discipulus ... omnis ex vobis qui non re-
nuntiat omnibus quae possidet non potest meus esse dis-
cipulus, Prov: 6. Via vite increpatio disciplinae, Rom: 8.
heredes quidem Dei, coheredes autem Christi, si tamen
consequimur, ut conglorificemur, Iacob: 5. Ecce beatificamus
vultus sui sustinuerunt, Chrysost: to: 5. hom: 67. illic co-
mune nobis paena: ubi namque tribulatio ibi & consolatio,
Rom: 8. Tu neque Paulo melior es, neque Petro, qui
remissionem assecuti sunt, sed fame & siti &
labe laborarunt: si vis eadem cum illis assequi,
non contrariam ambulas viam? si vis ad illam perveni-
re civitatem, qua digni sunt illi putari, illam perambu-
la viam illic ferentem: non illuc perducit remissionis
gratia, sed tribulationis, Aug: to: 8. in Ps: 109. Quod patris
medicina est non paena: noli repellere flagellum, si non

173. non vis repelli ab hereditate...^{29:27} gaudere cum flagellis
quia tibi servatur hereditas...^{in 93} elige tibi: temporalem
vis laborem, an sempiternam poenam? temporalem
solicitationem, an sempiternam vitam? Origenes
Malitiam Deus non facit, tamen, cum ab aliis inveniri
possit prohibere, non prohibet, sed utitur ea ad causas
necessarias, ut scilicet per malos boni exerceantur.
que Luc: 21. dicitur tribulatis: in patientia vestra
debitis animas vestras, in patientia scilicet in
dis injuriis, continenda & refrœnanda vindicta, in
norum jactura, & in cunctis afflictionibus mentis & cor
poris æquanimiter perferendis: vincenti enim datur mo
na absconditum, seu gloria æterna, & torpenti reli
quitur multa miseria & poena sempiterna. Vide ap
12. L. 2. jmit: apud Kempens: ~

5. Heu tamen
hæc ita sint, tanta que sit Crucis ad salutem non
tum conducen tia, sed necessitas, quot sunt Christiani
qui non modo cum Sta Imperatrice Helena crucem
reperere nolunt, sed pie ab ipsa inventam, impie illi re
puunt, Christum se querere aiunt, & interim Chris
toperpetuam sociam, Crucem fugiunt: soli amici veri
Christum cum Cruce amplectuntur. Ne igitur
Crucem portare dedignemur, quæ juxta Isaiam 53.
Christo in principatum & trophœum accepta est: pro
tus est principatus super humerum eius, Nobis por
ter, ut Paulus de se dixit, absit gloriari nisi in Cruce

in qua est salus, vita, & resurrectio nos- 174.
ta, per quam salvati & liberati sumus; *eamus &* joan: 11. 16.
moriamur cum illo, *exeamus ad eum extra cas-* Hebr: 13. 13.
improperium ejus portantes, nam feste eodem Apos-
Philipp: 3. *Multi ambulat, quos saepe dicebam vo-*
nunc autem & flens dico, inimicos Crucis Christi, quo-
finis interitis, quorum Deus venter est, & gloria in
issione ipsorum qui terrena sapiunt. Si ergo per Actor: 14.
tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei,
nam nunc sequamur S. Crucis viam, qua quia archa
ad vitam, & vitam sempiternam; Christo con-
dimus Cruci, ut ejusdem gloria fiamus aeternum
Participes.

Die XXVI. Maij

in Festo S. Philippi Aeri Confess:
& Fundatoris Oratorii

Memoria: Et Lucernæ ardentes in manibus vestris.
Lucæ 12.

Lucernæ in S. Philippi manibus sunt ejus
virtutes; quæ Divini amoris igne conditæ
continuò ardebant.

Tunc, Dicente Gregorio Hom: 13. in Evang: Lucer-
ardentes in manibus tenemus, cum per bona
proximis nostris lucis exempla monstramus,
ternarum autem illarum ardorem a Dei amore
charitate foveri debere satis indicat, cum prosequi-
tur

175. tur: De quibus (nempe operibus) Dominus dicit: Lucet
at lux vestra coram hominibus, ut videant opera
vestra bona & glorificent Patrem vestrum qui in
caelis^{est}: ubi dat clarè intelligere, ut per illa bona ope-
ra gloriam Dei intendamus, & consequi conemur
a nostris proximis: quæ intentio & conatus indubi-
tè est certum internæ charitatis, à quâ solâ zelus
Divinæ gloriæ propagandæ provenire potest,
Quemadmodum candela nec lucet nec ardet nisi
ad moto igne ita opera nostra non prosunt sine
charitate, ut bonè Apostolus: Si linguis hominum
loquar, & Angelorum... & si habuero prophetiam
& si habuero omnem fidem... charitatem autem non
habuero, nihil sum... nihil mihi prodest, & cetera
Sed nec aliis prodesse potest, qui charitate non ante
quomodo enim charitatem communicabit, quam non
habet? unde fit, quòd pro ratione huius ignis chari-
tatis, plus aut minus lucent vel ardent nostra opera
si modica informantur charitate, lucetunt quidem ad
quantum, at non ardebunt, nisi ferventissima scientia
& zelo ardentissimo repleta. igitur in presenti
que ostendemus habuisse S. Philippi opera, cum
primo lucem, dein ardorem monstrando S

S. iste Lucerna Lucens 1^o a singulari prudentia, cum
Aristoteli est animæ ex virtute operantis, voluit colligi
Chrysostomo, Lucerna animæ, Regina cogitationum

magistra eorum quæ bona sunt & honesta; Crito-176.
Pythagoræ, Mater & Dux virtutum omnium; prop-
terquam Philippum consulebant Pontifices, Prælati
Magistrates plurimi, & gravia ipsi prudentes de ejus in-
tercedant consilio; inter quos fuerunt gravissimi æque ac
venerabilissimi Viri Gregorius XIII. & XIV. Clemens VIII. & Leo
Pontifices maximi; S. Carolus Borromæus, Claudius A-
quaviva Soc. Jesu Generalis. &c = Lucens à cognitione
secretorum humani cordis, absentium & futurorum: Licet
teste Jeremia cor hominis pravius, inscrutabile,
obscurum & fallax sit, illud S. Philippo patefecisse vide-
tur, ut testis est Cardinalis Palavicinus, cui præcon-
ceptæ cogitationes nil adhuc locuto aperiebat; aliis ad-
ventura vel prospera. eis adventura prænuntiabat; ut ac-
tate Cardinali Baronio, Dñico Rudolpho; Joanni Aldro-
vando, Pio V. Gregoriis XIII & XIV. quibus postremis tri-
bus merè adhuc Cardinalibus Pontificalem ascensum præ-
nuntiavit = Lucens, vel ipso corpore, dum persæpe visus est
in visione raptum passus, & caelesti Lumine coruscus,
nulli sunt testati = Lucens demum a multiplici vi-
sione caelestium objectu: Per quæ omnia præclarus
Confessor Dñi Lucebat coram Deo, Angelis, & homi-
nibus, ut autem istis prodesset, ejus Lucernæ requireba-
tur simul & ardor, de quo sint sequentia

3. Non

Lucentes solum erant in manibus S. Philippi
Lucernæ, seu operæ; sed simul & ardentes à Dei &

177. proximi charitate ignita = *zō* ardebat: Sanctus
insigni in aegros ac moribundos charitate, illos
due visitans, consolans, recreans, & saepe suis precibus
sanans, ut Baronius, & alii experti sunt; illis ministrabat
in abjectissimis; ultima sacramenta & piissima
viaticum monita devotissime prestabat, & in duro
tanter inserviebat agone. *zō*. Ardens erat, periculosis
tibus subveniendo, ut se, juxta antiquum proverbium
amicum certum in re incerta, praeberet; sic naufragos
tes ~~aut~~ ipsius intercessione liberati, peccatores ejus
nitis conversi, & ab aliis incolumes periculis evas-
testantur. Ut aurum, enim, (inquit Romanus Orator
Lib. 9. Epist.) igne, sic benevolentia fidelis periculo
quo perspicui solet; quod Plinius eleganti hoc simi-
dine explicat: Hirundo (ait L. 10. c. 24.) aestate ad
advolat, hyeme vero avolat: ita infidus amicus
tis rebus praesto est, commutatam fortunam deserit
cum. Quare verus Sapiens Prov. 17. dixit: Omne
pore diligit, qui amicus est, & frater in angustiis
comprobatur, = Ardens valde fuit ab incendio
marum & salutis alienae zelo, quo saepe periculosis
homines a mala in bonam reduxit vivendi notum
zelosis suis adhortationibus, quibus illorum plures
se resistere non posse fassi sunt; ferventissimas
plebem habebat conciones, ad pueros catecheseos, &
omnium salutem procuraret nullis se exponit
tae & fame periculis: quod ut alii praestarent Orator

formaretur, inde que Mundus totus Deo ^{ut} lucrifaceret, ^{faceret}
Deo in hac vita serviret, ac illo in altera fruere-
tur.

Quantum prestat anima corpori, tantum superant spi-
ritualis opera charitatis, dilectionis, licet pia, munera
temporalis. ut his verbis docet Chrysostomus To: 5: Orat:

versus iudaeos: Qui dederit pauperi, famem solvit;
qui correxit peccatorem, impietatem extinxit: ille cor-
poris liberavit a dolore, hic animam eripuit a gehem-

4. Ardens & Planè Ardentissimus a Dei &
Caelitum amore, qui merito dicendus est bonorum
omnium suave simul & igneum condimentum
in primis in Christum & Mariam tanta flagrabat
charitatis ardore, ut eorum nomina, sicut in corde, sic
in ore fierint frequentissima, cum illis nocte diu
que dulce colloquium, cultus que eorum, Jesus scili-
& Maria, quos suos amores appellare solebat, devo-
tissimus fuit promotor ac defensor acerrimus, Quorū
in spectu & amplexu saepius recreari meruit = Totus
in Sacram Eucharistiam incensus amore, dum Sacra-
mentum celebraret à Ministrante admoneri de plu-
ribus indigebat non tam agens quam patiens Divi-
na. Cum verò Sacrum jam infirmo deferretur Viati-
cum, alias debilis robusta exclamavit voce: Ecce amo-
res meos, ecce bonum meum unicum: date quam ci-
tissime, date amores meos) = Hinc & aestimabat Divi-
ni

279. ni amoris fortissimo ardore totius perfectionis complemento, quo & anima & languens fit simul & fortis-

Cant: 2. sima: Amore languens: fortis ut mors dilectio quatenus ad fortia manum ponit qui diligit, & quia hoc parum pro dilecto sibi videtur Languescit dolens, unde exiit proverbium: Ubi amor, ibi dolor. Tanta Charitatis dulcetiam externum in Sancto Philippo signum exiit quod pro illius amoris aestu cor eius adeo intumescit, ut duas ejus costas exilire volens confregit & quatuor digitorum intervallo ab invicem separavit: ex hoc, tota dein vita, manente ab illa parte crucis humore. Mirabile hoc passus est amoris incendium: cum quadam die prope Pentecostem ^{sum} ardens sine praestolare huius Spiritum. Ita vixit, ita obiit: Sine iste Dei Servus Amantissimus miro lumine ardere lucens & ardens. Rogemus ut nobis talia acutibus virtutis & charitatis exempla non modo laudant ut admiremur, sed penitus ardeant ut ad imitationem accendamus.

Die VI. Junii
in Festo S. Norberti Episc: & Conf:
Præmonstratensium Patriarchæ

Thema: Fuge serve bone & fidelis, Matth: 25.

Scopus: S. Norberti bonitas statit in omni virtute
& fidelitas in speciali iustitia

1. Bonitas in tota sua latitudine accepta, non tam

virtus est, quam omnium congregatio virtutum
 quia Bonum ita est ex integra causa, ut quolibet
 mali fectur defectu, ut vetus æque ac verissimum fert
 adagium, & ipsa docet in physicis & moralibus experi-
 entia: ut ergo Virum Bonum verè dicamus, omni
 ex parte Bonum esse oportet, in ea lineâ in quâ eum
 bonum vocamus: non itaque parum negotii effeceri-
 mus, si Norbertum laudare volentes, eum Bonum
 Dei servum ostenderimus. Fidelitas verò non us-
 que adeo late patet, immo si rigorose sumatur, par-
 ticularis solum virtutis Iustitiæ pars est, quâ non
 tam ex primaria intentione damus unicuique quod
 suum est, quàm servamus intactum quod nobis com-
 missum est, aut ea præstamus, quæ præstanda vo-
 luntaria promissione decrevimus: at verò & hæc
 Fidelitatis virtus, si respectu Dei consideretur, suâ
 non caret universalitate: Deo enim fideles esse non
 volumus, si cuncta ei nostra non retribuamus, à
 quo omnia accepimus. Quâ propter hic, in qualibet
 virtutum S. Norberti, & bonitatem & fidelitatem
 monstrabimus, ut eis omnibus ornatum, verè bonū
 ac fidelem Dei servum fuisse, rectâ illatione dedu-
 camus.

2. Euge Serve bone & fidelis: & quidem hu-
 jus bonitatis singulari^{exhibet} ab utero ipso pie Matris Hadewi-
 gis, cui eum gestanti in somniis dictum est eum Archiepis-
 copum

prognosticum

is con-
 & foris
 quibus
 rum pro
 iit pre-
 tis vol
 exhi
 nuntia-
 egerit
 rante
 te cross
 nom-
 nter su
 t. Sine
 re & ar-
 ia auct
 nodo lu
 ut ad im-
 ns:
 ha
 i: 28.
 virtute
 non tam

181. copum futurum, ut postea eventus mirabilis in ejus elec-
ne comprobavit, cum tribus ad Sedem Magdeburgensem
nominalis, Sancti cujusdam astantis Prælati digito, puer-
tis que: Hic est vir ad id signatus a Dño, Rege ac Clero ap-
probantibus ad eam dignitatem evehctus est Norbertus: ubi
& fidelitatis pariter elucet indicia, cum ab ipso deo
tantam administrationem eligitur. = Inchoavit ergo
bonitas & fidelitas ab ipsius conversionis Limine, cum pri-
mo Deo se mirabiliter vocanti responderet, statimque
di bona omnia, ceu veræ malæ deserit, & clericalem
tum amplectitur. in hoc Bonus, qui tam bene agit, & fidelis
cui a Deo accepta & commodata bona tempore per vacan-
nem assignato restituit, exinde humili & abjecta
supellectile = Bonus & Fidelis in altiore patientia &
injuriarum tolerantia, quæ multas a populo & pri-
tis sustulit contradictiones, & pro malis bona retribuit
in hoc Deo perfidelis offerens tantum de se sacrificium
= Bonus & fidelis in humilitate & honorum fuga, quæ
plures recusavit dignitates & prælaturas, ipsam Mag-
deburgensem recusaturus, ni sicut alias fidelis, deo
secravit, hanc pro fidelitate ipsa acceptare tenebat
ut manifestæ Dei ipsius voluntati se subderet = Bonus
& fidelis in Præmonstratensium Ordine institutus,
quo Dei & Mariæ cultum unice intentavit, & sibi de
eo Divinitus datam normam fideliter in omnibus
cunctis est, Divinæ idææ fidelis sculptor & executor, plu-
ribus que Dein strichius se tradens Deo pro Religiosis
hæ-

que & omni fidelitate servavit, & gregem sibi commis-^{182.}
sum postea copiosum, rexit, & intactum, nisi multis me-
moratum. Deo rationem petenti reddidit, bonus & fidelis
servus super tantam familiam constitutus in mensura
abundante, qua crevit Ordo Præmonstratensis pluri-
mum.

3. Sane per bonus & fidelis in extirpandis hæ-
resibus, præcipue Schismate illo Petri Leonis Anti-pape
anno dñi m Rex Lotharius ferro, ipse verbo dissipavit:
omnes ad Catholicam fidem reduxit hæreticos efficaci
predicatione, quæ & obstinatos convertebat peccato-
res, tot bonis operibus verè bonus, & tam recta oviũ
Christi cura apprimè fidelis = Bonus item specialiter
fidelis in particularibus Bonitatis & fidelitatis virtu-
tibus quæ immediate ad homines diriguntur: unde ea
bonitate præditus, quæ inter Spiritus S^ti fructus duodecim
annumeratur, in omnes mitis & benevolus erat, pauperes
vultu affabili recipiens, & munificenti manu reficiens, pere-
grinis hospitium, afflictis solatium præstans; Fidelis
quoque speciali virtute, quæ jus suum unicuique tri-
buit, Lites, jura, præmia, pœnas æqua lance pensans,
nemini detrahens, non acceptans personas, ac semel pro-
missis pœis perstans = O! bonum & fidelem virum!
laudamus tam adæquatam bonitatem ex cunctis vir-
tutibus conflata, & Fidelitatem omnia justitiæ mune-
ra tam erga Deum quam homines obeuntem: quas duas
tam abundantes virtutes, qui in vita adeo coluerat, usque

183. ad mortem seculo conservavit, & adveniente hora a
Dño assignatā, qui se totum Deo debere bonus cog-
noscebat, se totum fidelis Deo reddidit. & ipsa die
obitus visus est (ab uno Fratrum Præmonstratensium
in mentis excessu suspensio) in veste mirè candidā, ru-
mum virentis olive manu prætendens, & dicens: e Pa-
radisi Regione venio, & in locum paupertatis meæ,
hoc est Præmonstratum tendo, ut ramum istum solici-
transplantem. Sic que multis miraculis a Deo fide-
ter retribuyente honoratus, & multa ab Optimo Ma-
ximo gloria donatus est: Euge serve bone & fidelis
intra in gaudium Dñi tui. Idem nobis dicitur, ut
boni similiter & fideles fuerimus servi.

Die XI. Junii in Festo S. Barnabæ Apostoli

Thema: Estote prudentes sicut serpentes & simplices
sicut columbæ. Matth: 10.

Scopus: in tota S. Barnabæ vita & morte præcipue
reluceat magna cum simplicitate prudentia.

v. Prudentia apud Aristotelem L. 6. Ethic: c. 5. est
habitus vera cum ratione activus, circa ea quæ
bona & mala homini sunt. Ciceroni L. 1. Offic: est
scientia opportunitatis idoneorum ad agendum tem-
porum, & Divo Augustino est cognitio rerum ap-
petendarum & fugiendarum. & profecto has omnes
definitiones soli convenire prudentia quæ ex Deo est.

184.
antem ex eo esse videtur, quod humana prudentia si
a malis bona discernit, peiora ut plurimum amplec-
tatur, ut de se Poeta testatur: Video meliora probo que-
reiora sequor. At vero nec vere fugienda vel amplectē-
da noscit humana prudentia, quā, bonum, malum, & ma-
lum bonum inversione perversa iudicat & appellat: sola
vero prudentia est, quam Sapiens vocat Scientiam Storum Prov: 9.
& medicā cognoscimus, discernimus, & eligimus magis
prudentia, ad illud unum necessarium bonum, animæ
salutem; cuius & impedimenta cognoscimus, discer-
nimus, ut fugiamus & avertamur, veterem exuentes & no-
vam induentes hominem, ut prudentia in Evangelio pro-
phetum symbolum Serpentes faciunt senectam quotannis
exuentes pellem, novam que sibi reconcinnautes = Simplici-
tatem, hic, non pro rusticitate & inscitia, illa qua
rurales nominantur, sed pro candore, humilitate, & innocen-
tia illa accipitur, quam quidem & mundani derident,
vocant ignorantiam, illorum prudentia contrariam, sed
que Deo gratissima est, & veræ sanctorum prudentia
valissima consors, ut Isidorus Pelusiota l. 2. ep: 131. dicat:
simplicitas cum prudentia conjuncta est virtutis ac phi-
sophia regula, quam Nazianzenus Orat: 19. explicat
dicans: Simplicitatem esse mores doli expertes atque inju-
rarum oblivionem, & Bernardus serm: 72. in Cant: ait: Sim-
licitas candor est; ut a contrario nœvus, duplicitas, in
no sensu nos monet Apostolus ut in simplicitate cordis nos-
tri, serviamus Deo. & Matth: 6. habetur: si oculus huius fuerit
simplex totum corpus huius lucidum erit; Huius virtutis

185. symbolum nobis proponitur Columba, quia miri can-
doris, simplicitatis, & mansuehedinis est columba, quae
notat Honorius Augustodinus: felle caret & rostro non la-
dit. Has itaque duas virtutes ut germanas demin-
bimus in vita & morte Sancti hujus Christi Apostoli

Vel ab initio vocationis suae ad Evangelicam prædi-
cationis Ministerium, caelesti prudentia ab inutilibus
utilia ad id media segregavit & ista praelegit: cum e-
nim didicisset illud Luc: 12. a Christo dictum Apostolis:
Vendite quae possidetis & date eleemosynam, agrum
quem habebat vendidit, & pro eo acceptam in pretium
pecuniam Apostolis attulit, magna simul cum simplici-
tate se sua que eorum voluntati tradens = Valde præ-
dens fuit, cum Antiochiam missus prædicationis cau-
sâ unicuique ut conveniebat caelestis suae doctrinae
pertinebatur pabulum, iam conversos, quos reperit
constantiam in fide suscepta, & ad hanc amplecten-
dam adhortans ac movens, quos in Gentilitate inve-
nit pertinaces; multa simul usus simplicitate, prop-
ter quam vir bonus & Spiritu Scto plenus ab omnibus
habebatur, ut ejus refert Historia (in Breviar: Rom: 14
die) = Non minori prudentia Tharsum Tharsus
posthæc proficissitur, ut quæreret Paulum quocumque
diret Antiochiam: quia eo medio cognoverat melius
se assecuturum finem a se intentum propaganda ve-
dem Christi fidei: in quo & humilem ostendit simp-
licitatem, qua propriis non fidebat viribus, & tanto

Magistro fatebatur. = Dum Tharsum coleret, 186.
modum prudens curavit ut Christiani (quo nomine
primū ab eo prudenter ac simpliciter vocati sunt qui
Christi fidem erant amplexi) suis facultatibus Christianos
quoniam in iudæa erant, sustentarent, ne scilicet, humanis
necessitatibus mediis necessariis, fidem fortè desererent, quorum
eum ea simplicitate procurabat constantiam, ut accepta
subsidia, ad iudæos diligentissime remitteret: quo perfun-
ctus prudentis ac simpliciis charitatis officio, non sine mul-
ta simplicitate & prudentia, Antiochiam cum Paulo re-
tulit post annum, ne diutius sibi commissum gregem sine
curatore relinqueret.

3. O! mirabilis cum prudentia simpli-
tatis conjunctio! o! mira cum simplici obedientia &
humilitate discretio! quam rectè S. Thomas 2-2-q. 47. a. 2.
dicit: prudentia est recta ratio agibilium, de qua ibid:
a. 2. dicit, quod virtutes omnes adjuvat & in omni-
bus operatur, verè virtutum Magistra & disciplina, qua
omnes regit, gubernat, & moderatur ut virtutes
ne per defectum aut excessum declinent in vitium:
quod certe mirandum in modum resurgit in cunctis S. h.
Bernabæ actibus & electionibus, ac in ejus cum Paulo
consortio, juxta illud Prov: 13. Qui cum sapientibus gra-
tulari, sapiens est & Ps: 17. cum innocente innocens eris,
videmus Bernardum de prudentia disserentem L. 1. de
sermone: cap: 7. sequentibus verbis propriissime Nostro
Apostolo prudenter simplici applicandis: Prudentia,
inquit, regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus,

182. componit mores, vitam honestat & ordinat. Dignitatem
mò humanarum pariter & divinarum rerum
hiam confert. Hæc est, quæ confusa disternat, hinc
tia cogit, sparsa colligit, secreta rimatur, vera
tigat, verisimilia examinat, ficta & fictata excipit
rat. Hæc est, quæ agenda præordinat, acta recogitat,
Quos omnes prudentiæ actus exercuit. Hic
iste, adjuncta semper columbina simplicitate, ne
minem lædens, neminem temerè iudicans, deridens
aut contemnens, omnia sine dolo operans, aut
de: quibus ornatus virtutibus plures alius illustre
vit verbo & exemplo Regiones, S^ti Pauli comes ar
dinus per Seleuciam, Cyprum alia que loca, qua
vens peragravit S^ti evangelium prædicans simplici
prudentia, & simplicitate prudentissima. 4

ergo in vita tam prudens & simplex fuerat:
dem fuit in morte: ac in ipsis mortis prælu
persecutionibus scilicet, laboribus & afflictionibus, cu
pro Christo in variis pertulit mundi partibus, pre
denter intra se revolvens quod non sunt con
passiones huius temporis ad futuram gloriam, ut
deo præeligenis pati in hac vita, sic que ampliora
mereri pro altera: in hoc simul simplicitate pre
tiosus (ut Apostolos vocat Chrysologus Serm: 18.) quæ
semper serenus & immutabilis se Christi Ministrum
plane profitebatur. Prudentia docet (inquit Augustinus)

...idem sis tam in prosperis quam adversis, & 188.
...us est imprudens? (querit idem to: 8. in Ps: 48) & res-
...bet: Qui non sibi prospicit in futurum, teste vero
...eronimo, Prudentia absque simplicitate malitia est,
...mplicitas absque ratione stultitia nominatur, &
...ros simplices esse docet Ambrosius, qui candidam
...am & puram in omnibus constanter sequuntur, cum
...us ex Prov: 3. Dei est sermocinatio & ex Ps: III. Ge-
...tio rectorum (ut vertunt interpretes, simplificium)
...betur, = Demum in Cypro insula prudentissi-
... Martyrium subiit, ut hoc medio Christum imita-
... gloriam sibi compararet sempiternam, in narra-
... prudentia breves sufferens hujus vite labores ac di-
... mortem in vitam eternam commutandam: ubi
...anda simplicitate ac sine ulla tergiversatione
... Christum suum ejusque fidem coram hominibus
... confessus est serpente prudentior ac columba
... plicior ac candidior. Laudemus, & imitemur ☉

Die XIII. Junii ☉

In Festo S. Antonii de Padua Confess:

Summa: Si sciret Pater familias... vigilaret utique, Luc: 12.

opus: Quantum sciverit S. Antonius, quantum que
vigilaverit

Scientia Sanctorum non stat in vanis discursibus
inutilibus rerum mundanarum cognitionibus, sed unice
in conducendis ad salutem proprie & aliarum anima-
rum

189. rum. quare Apostolus 1. Cor. 1. Nonne, inquit, stultum
fecit Deus sapientiam huius mundi? & quod stultum
est Dei sapientius est hominibus, & cap. 2. ait: Sermo
meus & prædicatio mea, non in persuasibilibus huma-
næ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutibus,
ut fides vestra non sit in sapientiæ hominum, sed in
virtute Dei. Variis quidem modis Deus scientiam
suis communicavit, prout altissimis sibi propositis
finibus expediebat; unos fecit Prophetas, alios Aposto-
los, alios Doctores Legis suæ: totum verò concessiones
videtur Beato Antonio, in quo Prophetarum, Aposto-
lorum ac Doctorum scientia resplenduit. & in eum
donavit scientiã Doctorum, quã primus ex suo Or-
dine Sacras Litteras est interpretatus Bononiæ be-
alibi locorum, ac ubi quæ altæ suæ Doctrinæ, quam
merito a Deo infusam iudicavit, mira dabat in-
genia; a domesticis & extraneis consulebatur, & ma-
gnam omnibus eruditione satisfacerebat, implebis spiri-
tu sapientiæ & intellectus, in quo Fratrum suorum
studiis sapientissime præfuit.

2. Dedit illi Sci-
scientiam Apostolorum, quæ stat in eo, quod ab-
his mundanis omnibus prædicent Evangelium omni
creaturæ: quod admodum bene præstiterit. S. Viri, cui
vere dederat Deus quid loqueretur: eum magna ad-
miratione audiebant ipsi Pontifices summi quasi or-
tentes: nunquam sic locutus est homo, magno certore

maiores, quorum pene innumerum convertit nume-
 rum; magna rabie heretici, quorum malleus est appel-
 latus, multos que ad Christi fidem evangelicam rediit:
 his vero numerare queat quot ab illo, Dei virtute
 operata sint miracula? omnium videbatur
 arbitrarum habere mandatum & in omnes despoticum
 principatum; illi aera, bruta, mare, terra obediebant;
 instantibus audiebatur ejus sacrum præconium, quod
 caeleste manna unicuique ad necessitatem sapiebat
 utilitatem = Habuit que scientiam Prophetarum
 præteritis, presentibus, & futuris, quantumvis oculis
 ut pluribus in casibus manifestavit; simul in mul-
 tis presens fuit locis diversis; secreta cordium cognovit
 tot que Deus ejus prædicationem confirmavit
 orbis, ut Orbis oraculum haberetur, novus Apo-
 stolus & Thaumaturgus aclamaretur, & parvo vite
 temporis spatio ingentem hominum, ceu
 perditarum, multitudinem ad Christi reduceret

2. Vigilaret utique. Plura, verum est, re-
 quirit Sanchus Noster a Deo scientia ac sapientia do-
 que diximus, at parum profuissent; nisi ipse vi-
 gilaris fuisset: cui enim multum datum est (ait Veritas)
 ut quæretur ab eo. Videamus ergo quomodo spe-
 rim super tria illa dona invigilaverit, ne abutere-
 tur & amitteret. 1.º quod Doctrina gratiam attinet:

191. non tam in libris quæ docebat didicerat, sed in
sacris vigiliis & orationibus, residuo tempore in libe-
ralibus scientiis impenso unice, ut Deo placeret, & me-
lius Deum ipsum cognosceret inde que ferventius re-
maret; quia, (teste S. Joanne cap: 17.) *Hæc est vita
æterna ut cognoscant te Deum verum & quem mi-
sisti Jesum Christum,* & Sap: 13. habetur: *Vanæ
sunt omnes homines in quibus non subest scientia
Dei,* ideo que dixit Apostolus 1. Cor: 2. *Non judica-
me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, quem
crucifixum,* ita S. Antonius doctrinâ celesti plenus
humilitate, se nil scire, arbitrabatur, & multis occa-
sionibus Crucem Christi amplectebatur, assidue vigi-
lans dum aliis prædicasset ipse reprobis efficeretur, cum
prosit homini etiam si mundum universum Lucretii
mæ suæ detrimentum patiatur: in omnibus observandum
salubre istud S. Bernardi documentum serm: 56. in Cant.
*Non probat multa scientem si modum sciendi nescit
modus est, ut scias quo ordine, quo studio, quo fine quaer-
nosce opus: quo ordine? ut id prius, quod maturius ad
salutem: quo studio? ut id ardentius, quod vehementius
amorem: quo fine? ut non ad inanem gloriam, curiosam
aut aliquid simile, sed tantum ad ædificationem: scilicet
que, qui scire volunt eo fine tantum ut sciant, & turpis
sitas est; & sunt qui scire volunt, ut sciantur & ipsi
piti vanitas est.* Hucusque Mellifluis

4. Vigilantibus

& custodiret sibi datam scientiam Apostolorum. 192.
primis Ulyssippe honestis ortus parentibus, omnia re-
quirit ut Christum sequeretur in Monastica vita Canonice-
Regularium; deinde Apostolico zelo incensus Aposto-
licam vivendi formam sub S. Francisci Instituto statuit,
Christi pro Christo perferendi apprimè cupidus ad Sara-
cenos perrexit, sed Deo illum ad alia disponente, insidi-
is appulit & Italiae sua prædicatione & miraculis illus-
tratus, verus factus Apostolus, peregrinatione multiplici,
maximo Verbi Dei præconio, perpessus infidelium, aut
infidelium hominum non paucis persecutionibus ut ag-
gerat lupos missus constanti semper mansuetudine, pa-
tente, & omnium virtutum exemplo, atque profundissimâ
tot miracula humilitate = Vigilavit tandem super
excellentissimo Prophetiæ, multis enim id promerens vir-
tutibus & assidua celestium contemplatione, poterat que
illud isa. 61. Spiritus Dñi super me, eo quod unxerit
me, ut predicarem captivis indulgentiam, & clausis
oculis, cū a Deo in Ezechiel: 33. dictum fuerat Specu-
rum dedi te domui Israel, audiens ergo ex ore meo ser-
monem, annuntiabis eis ex me, qui que fuerat a Dño sus-
cipere Prophetam, ut ipsum juxta omnia audirent homines Actor: 3
talem. Quare & ingenti Prophetarum fide donatus
in Deum fiducia, quæ difficillima quæque tentabat
conqueratur. Donec tandem tot ac tantis meritis clarus
terminavit in Dño Patavii in Italia, unde sibi nobren ac-
cepit

193. cepit, quotidianis usque modo portentis per Orbem
maxime illustris, qui præclara in cælo potitur *Santæ*
multifaria, nam: *Qui fecerit & docuerit hic magister*
vocabitur in regno Cælorum, *Math: 5.* Quæ verbo docuit
Sanctus iste, & opere exercuit. *Sapientiam ergo illius tran-*
rent gentes & laudem ejus enuntiet Ecclesia, *Eccl: 35.* Sit
que illum devotis invocemus precibus, ut cuncta nobis
adversantia propulset, & rectâ in vitam suam inter-
sione perducatur æternam. Amen

Die **XXI.** Junii. in Fæsto
S. Aloysii Confessoris Societatis IESU

Thema: *Sint Lumbi vestri præcincti,* *Luca 12.*

Scopus: *in eo præcinctus est Aloysius, quod Angelicam*
castitatem servaverit, & sensuum suorum tan-
nibus mundanis custodiam.

1. *Lumbos præcingimus* (inquit S. Gregorius super Job
Homil: 13.) *cum carnis luxuriam per continentiam con-*
mus, Cingulum enim antiquum est Continentiæ & casti-
tatis symbolum, & illius quæ illi comes est mortificationis præ-
beri solitum virginibus, nec solvi nisi a sponso, & quoniam
ipso nuptiarum die in signum servatæ eorumque virgi-
tatis illibati quæ pudoris; obtatum quoque honorato
perpetuæ castitatis indicium. Quod cingulum a poetis
est appellatum Zona casta, quam & Nymphæ diuæ
& sacris aris appendere moris erat. Sic in eo morosa

...Cyrillus, fluxæ libidinis luxuriam, & animi cupi- 194
 ... castitatis & temperantia cingulo coercere; quo cingu-
 ... homines Angelicam æmulantur puritatem, & gloriam
 ... parem, immo (si Chrysostomo serm: 143. credimus)
 ... riorum: sic enim loquitur: Angelicam gloriam acquire-
 ... majus est, quam habere: esse Angelum, felicitatis est; Vir-
 ... esse, virtutis: virginitas enim hoc obtinet viribus, quod
 ... Angelus ex natura; quare Chrysologus dixit: in car-
 ... ter carnem vivere, non terrena vita est, sed cælestis;
 ... 24. Hoc cingulum Evangelii nostri explicans ait:
 ... nostros adstringi jubet baltheo castitatis, & totum
 ... nostræ pendulum, fluidum, resolutum constringit
 ... continua zona virtutis, ut carne succincta ad Do-
 ... occursum liber, velox, expeditis nostræ mentis redda-
 ... riasus, Cum autem ab Asceticis Patribus ista cas-
 ... receanantur præsidia, scilicet: Periculorum fuga
 ... corporis, & sensuum maxime oculorum custo-
 ... ad hæc tria reducemus B. Aloysii virtutes omnes
 ... pura puritati Angelicæ inservientes & famulan-

2. Præcinxit se Fuga periculorum. quia ut
 ... Chrysostomus hom: 22. ad pop: In Bello sumus
 ... mundo, in circuitu nostro impii ambulant, peccatores
 ... arcum; hic quidem aures sagittat, ut jure de
 ... rationes audiamus, hic autem oculos excitat in lasciv-
 ... illi vero linguam ut fratribus inferat convitia; hic
 ... ventrem in ingluviem irritat, ille vero manum in
 ... rapinam, alius vero pedes movere in malitia

125. hortatur, Hoc in mundo intuitus juvenis ac pernicitatis
Aloysius, cum Bernardo (serm. 6. in quadrag.) exclamavit:
michi Dñe, undique mihi bella, undique tela volant, undique
pericula, undique impedimenta: quo cum que me vertant.
Hinc ad sacrum Religionis portum statim confugere
cernit, at cujus Religionis? non adhuc resolvit, usque
devote orans Matriti ante aras B. Mariae in Collegio
riali Societatis Jesu, ab ipsa Pie Matris imagine
vocem audivit, quã sibi in eam ingredi societatem con-
tulit & praecepit, unde & imago Boni Consilii maxime
tur: tamque bonum illico sequi curavit consilium
suis, & devictis per potentum propinquorum contracta-
nibus non paucis, mundum, divitias, honores, inde qua-
nia cadenda animi puritatis pericula reliquit, usque
usque intactam servaverat virginitatem, eam in pro-
tuum conservaret immaculatam strictiori se pro
castitatis singulo in ea Religione in qua sic habet
hoc constitutio P. 6. c. 1. §. 1. Quae ad votum castitatis per-
nent, interpretatione non indigent, cum consistat quantum
perfecte observanda nempe evitendo Angelicam puritatem
imitari, & corporis & mentis nostrae munditia: quae
ad minimum apicem observavit Aloysius, qui non
solum & opere, sed & cogitatione castissimus perstitit
que adeo, ut nec tentationes in hac parte vel mente
pateretur, ipsa vel minima, si quae sunt in Monasterio
ricula diligenter fugiens, cunctis affabilis, nulli familiaris
ac modeste gravis semper incedens, & suam ipsam Mater
quod mulier esset, alloqui renuens.

Et tantum castitatis fastigium pervenit secundo se-
 cundo Mortificationis corporalis ac spiritalis cingulo,
 precipuum habetur pudicitiae servandae munimentum.
 Et verbum ipsum Castitas à Castigando derivatum
 videtur. Quotidie ter vel quater tenerrimum corpus fla-
 vianice cruciabat, & maximam observabat tempe-
 rantiam. Adagii illius bene memor quod vix castus qui bene
inter nas adeo domavit passiones, ac naturales cu-
 riositatis, vanitatis, nimiae alacritatis & motus, ut brevi tem-
 pore perennisimam adeptus sit ab his omnibus internam
 tranquillitatem, quam clarè denotabat pax illa externa
 quae internos suos actus omnes moderabatur, & caecitas illa
 quae omnibus, maxime superioribus, per omnia
 saecula illis quoque illis proprio opposito discursu aut renitentia obedie-
 ntiam sibi superiores arbitratus ipsi coquo ut Chris-
 tianitas, & abjectissima quaeque ad minimam illius insi-
 stentiam exequiebatur; ut, qui prius inter Principes edu-
 catus, cum non puderet vilissimis insistere ministeriis, &
 se visitationibus Magnatibus talibus occupatum ap-
 prehendisset. His ipsi Damoni mundo & carni inexpugnabili-
 ter se munivit Sanctus iste juvenis, verè praeventus
 meditationibus dulcedinis. Idem nos omnes Paulus admo-
 nit. 6. dicens: Assumenda arma fidei & galea salutis,
ut possimus extinguere omnia tela ignea maligni,
 & adhortatur Seneca Ep: 17. Quantum possumus
recedamus, quia in sicco etiam parum fortiter sta-
ndum, adeoque hoc maxime demirandum in Sancto isto, quod

197. fortissimis ut plurimum pudicitiae contrariis, iuventutis
cet, nobilitati, ac divitiis, tam impigre, Deo iuvante, per
rite

4. Adhibuit quoque tertium suae castitatis
lum, sensuum externorum custodiam. Visum nunquam
continuit, ut praec oculorum demissione plurimum
mensium Novitius Superioris situm in quotidiano
torio ignoraret: in nullam mulierem unquam
defixit, nec Matrem suam, quam Superiorum
su inviserat, voluit intueri, & multo minus
curiosa ex mero superiorum permissu ab omnibus
da non respiciebat, semperque oculis in terram
sis incedebat, majorique cura dum ei in publico
rendum erat, ne per oculorum fenestras vel minimam
hauriret saeculi vanitatem. Auditum suum a
aut turpiloquiis adhuc saecularis assidue
at Religionem ingressus, nil non utile & ad Dei
nis aut Sanctorum cultum et amorem conducens
loqui patiebatur, rubore ac silentio tunc modestum
redarguens, vel pia interim mente cogitans ne
pus sine fructu tereret. Odoratum adeo moribus
ut oonos respiciens odores florum, unguentorum
morum &c foetidissimis assisteret ac ministraret
firmis ~~in~~ in publicis Zenodochiis, abjectiora
tissime exequens munera = Gustum ea afflixit, qua
diximus parcimoniam cibi & potus, quique delicatis
prius enutritus fuerat cibus, pauperum contentum

modicis ac vilibus ferculis, quæ persæpè mendicantibus, aut cum mendicis accipiebat = Tactum sensu maxime periculis obnoxium maxima custodivit Religiosus, qui Laicus, vel umbram quidem puel- tangere horruerat. Ex quibus omnibus inferre li- ad quantum puritatis gradum pervenerit ille ex omni parte tam assiduas habuit excubias ne- quis pateret inimicis aditus.

S. O! Angelice ju-

jure in juvenum electus Scolariū Patronus quos doces veram scientiam quæ Dei & virtutum amor. Tu verè Academicus virtutum Magister doces terrena despiciere atque æterna sectari; doces carnalis ardorem mortificatione frænare, periculo- rum fuga præcavere, & omnium sensuum custodia negato pabulo extinguere: doces etiam sestu- diligenter impendere, sed omnia ad Dei gloriam amorem dirigendo & juvandorum proximorum utilitatem: Tu Nobilium Exemplar perfectissimum; quæ Religiosis omnibus imitandum, quibus optimū modum tuo exemplo proposuisti imprimis animi puritatem custodiendo & rectam instudii intentionem habendo nihil aliud in iis quam Divinam gloriam & ani- mæ fructum prætendens, sic quæ ita ad studia animū tuæ applicabas, ut tamen studiorum fervore nullate- nus in te tepesceret solidarum virtutum ac Religiosæ

299. vitæ amor. Nos ergo tui perfectos efficias imitator
& illius maxime virtutis, quã potius Angelicam quam
manam vivebas in hoc mundo vitam, ut tecum in
corde & corpore mundi Deum videamus, & agnoscimus
macula in stolis albis sequamur quocumque ierit.

Die XXIV. Junii
in Nativitate S. Joannis Baptiste

Thema: Joannes est nomen ejus, Luc: 1.

scopus: Magnalia S. Joannis in ipsius nomine
tur.

1. De Magni Baptiste encomiis multa Sacre Pagina
ta sparsere S. Patres, quæ fere omnia in unum velut
fasciculum collegit S. Petrus Chrysologus Serm: 177.
sic de illo loquitur: Joannes virtutum schola, magni
vitæ, sanctitatis forma, norma justitiæ, virginitatis
lum, pudicitie titulus, castitatis exemplum, penitentia
peccatorum venia, fidei disciplina: Joannes major
par Angelis, Legis summa, Evangelii sanctio, Apostolorum
vox, silentium Prophetarum, Lucernæ mundi, præ
dicis, Præcursor Christi, metator Dñi, Dei testis, totius
divus Trinitatis, Quæ omnia in imposito nomine
velut in acutissimo compendio includuntur, ut merito
Evangeliste interrogationem: Quis putas puer iste erit?
responderi abunde possit: Joannes est nomen ejus.
hoc nomine omnes ejus gratiæ prophetantur, & omnes
prognosticantur excellentiæ, quia, ut docte Hippocritus

Sancti beneficiorum Dei memoriam perennem
 sibi nominibus filiorum, ut quando cumque libe-
 rari vel vocarent, Divinorum beneficiorum recor-
 darentur ex nomine, ac propterea S. Elizabeth Sto Spiri-
 tu completa pro viribus institit ut Joannes vocaretur, & volen-
 s ut nomine Patris sui Zacharias nominaretur absolu-
 erit: Negnaquam, sed vocabitur Joannes: cui & an-
 te ipse Pater scripsit: Joannes est nomen ejus: Nomen
 ad ipso Deo donatum & celestibus mysteriis plenum.

2.

Enim Gratiam sonat, vel, ut ait D. Bonaventura
magnæ gratiæ: & quam proprie ipsi Baptista
 utero ad mortem tale nominis significatum convenerit,
 exponendum statuimus. itaque T^o vel ab utero Joan-
 nes Vir magnæ gratiæ à suis parentibus de quibus Sacer-
 dos ait: Erant justi ambo ante Deum, Pater Zacharias
 dignitatis, & Mater Elizabeth de filiabus A-
 roni primi in lege Pontificis, ut a Parentibus multa gra-
 tiæ oriretur magnæ gratiæ filius: illos tamen Deus
 naturali fecunditate carere, ne aliquatenus nature
 defectu, quod totum futurum erat opus gratiæ: Elisabe-
 tham, inquit Chrysologus serm: 91. sterilis corpore, sed fecun-
 ditatis; tarda soboli, sed non tarda Deo; non germini-
 bus, sed tempori; non negata pignori, sed servata myste-
 ris. Sterilitas ista non maledica sed mystica, in qua partus
 non ad hunc sed dilatatus, ut in filio singulari tota fecunditas
 crearetur, quando in uno nascebatur numerositas congesta
 futurum. Sic que decebat, ait Augustinus serm: 36. de S^{ctis}

201. ut sicut Christus natura obstupescente per Virginem
joannes desperata generatione per sterilem nasceretur
Zacharia & Elisabeth (inquit cit: Chrysolog:) stupet sexa-
gesit caro, membra sopiuntur, adolescit quia quid est huma-
ni ordinis, ut Divino munere, non partu ex hominibus
gelus nasceretur, Merito ergo vocatur joannes: Qui ut
ut Bonaventura loquitur, non virtute natura sed
gratiae conceptus fuerat, non debebat vocari Zacharius
patre, sed joannes à dono gratiae.

3. Magnae gratiae
Vir joannes ab Angelo nuntio qui apparuit Zacharia
dicens: Ne timeas Zacharia quoniam exaudivit est sup-
plicatio tua, & uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vo-
cabis nomen ejus Joannem... erit magnus coram Dño
& Spiritu Scto replebitur adhuc ex utero matris suae
quomodo de caelo nomen ei venit ac in eo prophetatum
nihiludo, non qualiscumque, sed coram Dño, vero magni-
tudinis aestimatore, gratia que promittitur ac plenitudo
hinc Scti ab ipso matris utero, dum scilicet, a pariter
Christo in Maria visitatus, exultavit ipse in maternis
ceribus, ac ex hinc in magnae gratiae Virum confirmatus
& sanctificatus. Unde exclamatur: Justin: ser: de Joan:
Grande prorsus hoc exiit Divinae miserationis indicium
ut infans ventris constrictis ergastulo suum agnoscentis
minum, tenellis lætaretur in membris, Solem que videns
in nubilo, Gregor: in Job: c. 2. Erat in utero Elisabeth
Lucerna Dei, sed nec ardens nec lucens: Divinis audent
ignis, luce illam gratiae inflammavit, lucentem que fuit

pendentem; igne enim Spiritus Sancti incensa ardere
et lucere, ita, ait Chrysologus supra, ut Joannes
peruenit ad caelum quam terram tangeret; ante ce-
lum vivere Deo quam sibi;

4. Vir fuit magnae gra-
tiae in Nativitate, qui, ut scribit S. Bonaventura Par-
tibus quasi intelligens aspiciebat, & ut loquitur Guarri-
Abbas: Joannis rudimenta primae aetatis gravita-
tis sapientiae vicere senilis, inde clamat Petrus Da-
vianus: Mirra rerum conversio, hominem vix mundum
carum, mundi fugere gloriam, & saeculi cupiditates non
oblivisci, sed & nescire, perpetuum que cum Divi-
tate stabilire consortium; jam enim a puero solitudi-
nis & silentii amator senilem prorsus induit gravitatem
veterum se dedit contemplationi mysteriorum Mag-
nae gratiae puer. de quo sic habet Auctor imperfecti: Joan-
nes natus homo, gratia Angelus, quia nihil carnis erat
in eo nisi visio sola; Unde Adolescentibus erat Virgi-
nitatis speculum, Pudicitiae titulus, castitatis exemplum,
Dicit Chrysolog: & a Theodoro Studita vocatur: Lilium
castitatis & Rosa spiritalis fragrantiae, nam teste Hie-
ronimo Ep. ad Rustic: Joannes Baptista nec matris affec-
tum, nec patris opibus vincebatur, ut in domo parentum
periculo viveret castitatis. Vivebat in eremo, & ocu-
los desiderantibus Christum nil aliud dignabatur aspice-
re. Vestis aspera, zona pellicea, cibus locustae, melque
sylvestre: omnia virtuti & continentiae preparata; Quae
hic gratia vir extiterit in ipsa virili aetate audiamus

Cap: 5.
vit: Christi

203. *à Bernardo: Lucerna fuit (ait Serm: de Baptista) & lucens: ardens quidem triplici ardore: in seipso voluntati austeritate conversationis; erga Christum, in quodam & pleno fervore devotionis; erga peccantes proximis, constantia liberae imprecationis, & prosequatur.*
Lucens etiam triplici splendore: exemplo, digito, verbo opere seipsum, Christum indice, nosmetipsos nobis sermone declarans: seipsum ad imitationem; Christum ceu luminare majus, quod latebat, ad peccatorum renovationem; & ipsas quoque tenebras nostras ad corruptionem; & tanhis præveto grahis non defuit abundantissima humilitatis, virtutum basis, gratia. quia interrogatus ab eius sanctitatem stupentibus, an Messias esset sincere fassus est, se non modo non esse, sed nec dignum ut ejus calceamentorum corrigia solveret, seque illius vocem clamantis in deserto professus est.

5. *Qui gratia in vita & maxime fuit in morte. & quidem si Priscis omnibus dulce & decorum fuit pro patria mori, longe magis decorum pro lege veritatis, pro castitate & justitia interfici, ut Joannes, ideo Sanctus idem martyr, ait Augustinus in Ps. 140. Ipsi itaque caput amputatum est Herode præcipiente, ut petierat illa saltem non naturæ sed criminis filia, ut loquitur Chrysostomus Serm: 173. filia Herodiadis cujus obscenitates & adularia libere Baptista repræhenderat, quæque ideo, non ad sacrilegam petitionem illam subinduxerat. Qui*

peteret Luxuria (inquit Chrysostomus serm: 174.) nisi cas-
 interitum, pudicitia necem, mortem sibi semper
 sanchitatis? At, prosequitur idem ibidem,
 occidi non potest, sed magis clamat angustiis cor-
 absoluta. --- iustus enim hinc inchoat vivere cum
 Christo merebit occidi: transferitur enim ista mor-
 Martyris, non aufertur, & morte magis claret,
 hoc mortuus est, ut eternum viveret. Licet eni-
 doctus Rupertus in joan: 1.) dormierit vox Joannis
 baptiste, vivit; nec carcer Herodis adulteri Joannis
 continere potuit, quin per omnem mundum e-
 ret gloriam Dei). En quibus ab utero ad mortem
 natus magnus Vir cui nomen Joannes, de quo sic
 Chrysostomus serm: 94. Præcellit cunctis Joannes, emi-
 nentissimus, & quisquis ex muliere, scilicet non Vir-
 inferior est Joanne, Augustinus vero serm: 4.
 Quisquis, inquit, Joanne plus est, non tantum ho-
 sed Deus est, utpote qui (verbis utor S. Maximi)
 iudicio celestis sententiæ cunctis mortalibus antefertur
 ante Dominum: inter natos mulierum non surrexit
 maior Joanne Baptista

6. Restat tamen adhuc ut
 post mortem Magnæ gratiæ Virum ostendamus suis
 Joannem, a Miraculis videlicet, quorum gratiam
 standorum, tot aliis donatam, & ipsi abunde con-
 sit Deus, qui verè miraculosam totam illius vitam
 creaverat. De ejus mirabili protectione persæpe gau-

205. Det Genua, Italiae Urbs Nobilis aequae ac Opulenta
quae de Sancti huius Praecursoris cinerum divitiarum
possessione gloriatur, & ut narrat Sylvester Patre
sancta tom: 3. Thaumasia c. 12. a multis aquarum
procellis, ac ventorum tempestatibus liberata, semper
per ac in devota Cleri & populi supplicatione pre-
tiosa illa asportantur reliquiae. Mira refert idem
cap: 15. de ampulla illa, quae Neapoli visitur Magnae
Baptistae sanguinis copia: de quibus reliquiis
ille multa refert miraculosa prodigia, ~~quae~~
auxilium, fidei firmamentum, infirmis sanitas,
peccatoribus conversio provenit. Quomodo vero
& in morte solacium praestet Sanctus iste, in
testatur Menologium Cisterciense S. Augusti, ubi habet
tur, quod S. Hildegundis ejus Ordinis virgo Sancti-
ma, & B. Joannis devotissima, ab illo meruerit in
extrema vitae meta visibiliter juvari, piis que
quis parte suae animae in caelum habere duxit
Nostros pariter in Potentissimum Christi Praeco-
rem sincere dirigamus affectus, ut per eum, pie
vivere & sancte mori obtineamus, & inter-
rim ab imminentibus malis omnibus
in corpore liberemur & mente

Die XXIX. Junii
in Feste S. Petri & Pauli Apostolorum

206.

Thema. Tibi dabo claves Regni Caelorum. Matth: 16.

Scriptura. Quamquam Christus Petro dederit potestatem, & quibus iste id meruerit

Calvinus & eius Assercla per dadas Petro claves primo
significari potestatem praedicandi: verum clavibus
non ostia, non ora; deinde remissionem peccatorum
qui credunt Evangelio eam promittenti: sed hoc fal-
sum, quia soli fidei non datur ea remissio. Per claves er-
go concessas Petro significatur summa illius Potestas tu-
m jurisdictionis in totam Ecclesiam, ut satis ipse
declaraverat immediatis ante verbis quibus dixit
Petro: Tu es Petrus & super hanc Petram aedificabo
ecclesiam meam, & sequentibus: Quodcumque ligaveris
super terram erit ligatum & in caelis, & quodcumque sol-
veris super terram erit solutum & in caelis, Petra dicitur,
(Augustinus serm: de cathedra Petri.) eo quod primus
fundamentis fidei fundamenta posuerit & tanquam saxum
mobile totius operis Christiani compagem molem que
aedificabit, & serm: 18. de suis Dignus est qui aedificandis
populis Petrus esset ad fundamentum, columna ad sus-
tentaculum, clavis ad Regnum)

2. Prima Potestas

quam Christus Divo Petro tradidit fuit Potestas Ordinis,
quam ipse immediate accepit a Christo, ut eam in ceteros

207. Apostolos diffunderet, ut cum Lorino in Acto: 13. ceteri
plerique, indeque successive dimanavit in Episcopos &
sacerdotes Ecclesie Christianae omnes. 2^a fuit potestas
jurisdictionis illi a Christo concessa per illa verba
cumque ligaveris &c quae clavibus traditis Minis &
Ecclesie quasi possessio tradita est ut per se & suos legi-
timos Successores Vicarium ageret Christi in terra
de Petrum Ecclesie Principem & Coeli iudicem, appellat
Hilarius in *Epist.* 131. & Quamvis Petrus, ait Chrysostomus
homo sit mortalis, caelesti tamen pollet potestate, & ait
Hilarius exclamans inquit: O beatus caeli janitor, cui
arbitrio claves aeterni aditus traduntur, cuius terreni
iudicium praedicta auctoritas fit in caelo, & in hac
potestate ex citatis verbis: Quodcumque &c inchoavit
facultas absolventi a reatu culpa vel poena, vel illi
nendi, ita ut si hic absoluta non sint illa vincula
venda remaneant in altera vitae & quidquid in
parte solutum fuerit a Petri Cathedram legitime tenen-
te, pariter solutum manet pro aeternitate

ro praeter has Potestatis, alias quoque Mysticas Deo
concessit Deus speciales claves, nimirum 1^o claves
diurnum unde cordis secreta cognoscens sic Ananiam in-
pabat: Acto: 5. Anania, cur tentavit Sabanas cor
mentiri te Spiritui S^{to} & fraudare de pretio agri
re posuisti in corde tuo hanc rem... & audiens anania
haec verba cecidit & expiravit, idem que Sapphira

quid, quin verbum Sancto Apostolo dicerent un-
quam tentationem notificarent: vbi etiam apparet
claudo necis claves habuerit, sicut & vitæ, ut ex Acto-
9. patet in ioppe discipula nomine Tabitha, quam
vocalis: Tabitha surge, de morte ad vitam susci-
pit, item Claves Sanitatis, dum Act: 3. dixit claudo
Argentum & aurum non est mihi: quod autem ha-
bet hoc hido: in nomine Iesu Christi Nazareni surge
ambula, & quidam ab octo annis jacens Paralyticus Actor: 9.
nomine simili modo sanus ab illo factus est. ac
Petro data sunt Claves aliarum plurium gra-
tiarum, ut donum Linguarum, Propheticæ, & Divinorū
colorum: ita ut Actor: 5. habeatur. Per manus au-
Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in
ita ut veniente Petro infirmos ponerent, ut sal-
umbra illius obumbraret quemquam illorum, & li-
berarentur ab infirmitatibus suis; quarum gratiarum
tam pro corporibus quam pro animis consciis Apos-
toli cum audissent quod recepisset Samaria verbum
miserunt ad eos Petrum & Joannem ut orarent pro
acciperent Spiritum S^{ctum} Act: 8. Hic que Petrus
dedit Simoni illi, pecuniam offerenti pro spiritali gra-
tificatione, quam S. Apostolus gratis omnino ut decebat,
maximum impositionem communicabat; erronee putas
tale Dei donum pecunia possideri

4. & hæc sunt sum-
mam que a Dño concessa sunt Divo Petro in vi illorū

269. verborum: Dabo tibi Claves, &c. iustum est ut
videamus quibus ipse meritis tot gratias promeretur
& quibus ad acceptas responderit virtutibus. In
insignis Petri erga Deum submissio & obedientia, quae
dicente illi Dño: veni post me, Matth: 4. statim relictis
reliquis secutus est eum, ita ut dicere posset ad Jesum
ce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, Matth: 19.
Fides Firmissima: quia aliis circa Filium hominis
tibus stabilis confessus est: Tu es Christus filius Dei
unde ab ipso Christo illud audire meruit: Beatus es Simon
Bar-jona, quia caro & sanguis non revelavit tibi
Pater meus qui in caelis est, & ego dico tibi quia tu es
Petrus & super hanc petram &c. ubi, qui simon nomen
nabatur, Petrus Divino appellatur Oraculo. & Petrus
(ait S. Maximus) consortium meretur nominis, qui
sortium meretur & operis; in eadem enim domo
fundamentum posuit, ut qui tanta fide Christum
confessus, fidei totius columna statueretur firmissima.
Hac fide armatus in periculis clamabat: Dño salva
perimus, in dubiis, & operibus difficillimis: in verbo
laxabo rete, & quid mirum si Christus ipse pro
bat ne deficeret fides ejus. Luc: 22. Verum est, Petrus
ter Christum negasse; hoc autem permisit Deus, ut
mo præsumere auderet, & ut haberemus Pontificem qui
posset infirmitatibus nostris compati; atque ut fieret
nobis veræ contritionis & pœnitentiæ exemplar, ne
ut tibi abundaverat peccatum abundaret & gratia

210.
Sed quid dicemus de incenso illo quo Christum di-
xit amore, quem testatur est dum ter interroganti Chris-
to: Simon iohannis diligis me plus his? tertio & contrista-
tus respondit: Dñe tu scis quia amo te, ioh: 21. super quod
Augustinus ait: Ter negaverat timor, ter confessus est amor,
ter negationis desertio veritatis, trinitas confessionis tes-
timonium dilectionis, & sane semper signa dederat maximi
in Christum amoris, qui inseparabiliter Christo comitan-
do custodiendo, & defendendo satagebat, usque adeo ut dice-
re ausus sit: etiam si oportuerit me mori tecum, non te nega-
bo. Matth: 26.
Sicut trina ipsi prænuntiata esset negatio: in tantum em-
it S. Hilarius, & affectu & charitate Christi oferabatur,
& imbecillitatem carnis suæ, & fidem verborum Dñi non
timebat, inde contemptis terræ & maris periculis adtha-
rum evolabat (ioan: 21. Matth: 26). = Hinc Singulari
habebat in Christum reverentia & religionis affectu: qua-
rum Christum ad suos pedes abjectum videns inclamabat:
Dñe tu mihi lavas pedes? non lavabis in æternū,
quod est, tu? (expedit Augustinus) quid est mihi? cogi-
tavit sunt potius quam dicenda, ne forte quod ex his ver-
bis aliquatenus quidem concipit animæ non explicet lin-
guam, dicenti autem Dño: Si non lavero te non habebis
partem mecum, cessit obedientissimus, qui reverens & hu-
militatis resisterat: non solum pedes, dicit, sed & manus &
caput: Alia vero vice dixerat ei: Exi a me quia homo Luc: 5.
peccator sum, se indignum confitens Christi consortio =
his omnibus pro posse & congruenter meruit tota Chris-
to

211. Et sibi collatas gratias usque adeo ut totius Ecclesie
gregis sui Universalem constitueret Pastorem trina
assignatione: Pasce agnos meos... Pasce agnos meos...
ce oves meas, Joan: 21.

G. Quibus respondit Petrus adve-
ti quo Pastorem talem decebat animarum zelo, quo
vit non unam provinciam sed Orbem universum, in
quem tot misit sui Coadjutores Pastores providens
Pastor, multos interim quos poterat per se docere
fovens in Christi fide. Tandem tandem vitam suam
Amanfissimus Christi Vicarius, Pastor bonus talis
Christiani Gregis ductor & exemplar Martyrio glorio-
coronavit, imperante Nerone in odium nostra fidei
Defensionem sibi charissimi Simonis Magi de quo
nem reportarat Divus Petrus victoriam cum S. Paulo
sibi ideo & Martis gloriosæ comite: jussit Impius impe-
tor ut Petrus crucifigeretur: in hoc Magistro suo
similior, qui tamen ex humili reverentia voluit
crucifigi, ut adeo perfecta cum illo similitudinis
honorem: quanta alacritate Petrus passus sit, quanta
gaudio, & amore Charitatis contemplari potius quam
cere possumus: Equidem Ambrosio loquente Semper
Est palma Martyribus suavis ad cibum, umbrosa ad
quietem, honorabilis ad triumphum, semper vires
vestita foliis, semper parata victoriae, atque iato
marcescit palma, quia Martyrium victoria non marcescit
Exegerat S. Petrus in Pontificatu annos 24. mensis

undecim, cum anno Dñi 69. & Neronis 13. die 29. 212.
pro Christo crucifixus est Romæ, ubi usque modo
ejus reliquie honorificentissime asservantur mag-
na Universi totius veneratione, gaudio
ac fructu perenni

Die XXX. Junii
Commemoratione S. Pauli Apostoli

Qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit,
Matth: 10.

A conversione sua mirabili usque ad mortem sanc-
tam fuit S. Paulus constantissimæ in bono perse-
verantia exemplar

Quantum vis hesternæ dies duplicis Apostolorum Princi-
pali Martyrio sacrata fuerit, ac ideo ab Ecclesia sub ambo-
rum nomine celebrata; ne tamen, ubi tot & tam præclara
res celebranda essent, temporis coarctaret angustia, con-
stituta Devota Mater Ecclesia præcipuum cum direxisset heri
S. Petri mira gesta elogium, hodiernam in Coapostoli ejus
laudes consecravit diem, in qua ejus acta & virtu-
tes celebraret, alia destinata prius (quæ est 25. Januarii)
ad mirabili celebrandæ conversionis. Nos hic consuetæ
ritate ab ejus conversione ad mortem ipsius laudare
solimus in bono perseverantiam, ut simul omnia in
eum asservemus locum, ex quibus in occurrentibus per-
tinet de hoc S. Apostolo Festivitatibus dicenda hau-
strere possimus: Primum ergo istam conversionem, dein

213. in virtutibus constantem perseverantiam
qua de Lupo agnus, de infideli fidelis, de Gentili
Apostolus, ac de Saulo Paulus effectus est.

erat dum prædas agens in Christi gregem invadere.
Act. 9. Dum Stephanum aliorum manibus lapidavit, p
lis persecutor, Gentilis, & Saulus erat, dum ho
Christi sequaces in vincula, in carceres rapta
iter faceret contigit ut a propinquaret Damascu
to circumfulsit eum lux de celo, & cadens in terram
divit vocem dicentem sibi: saule saule quid me perse
queris? qui dixit: quis es Dñe? & ille: ego sum jesus
quem tu persequeris. tunc tremens ac stupens dixit
Dñe quid me vis facere? ... & surgens baptizatus
... & Act. 13. Saulus autem qui & Paulus repletus Spi
sto, Ecce quomodo (ut ait S. Aug. Serm. 14. de dñi
vit Christus persecutorem ut faceret Ecclesia
percutiens eum & sanans, occidens & vivificans, sicut
agnos de lupis, ut Paulo, qui erat de tribu Benjamin
veniret, quod de Benjamin Pater ejus Jacob dixerat: In
Benjamin Lupus rapax, mane comedet prædam, vespere
dividet spolia, sic Saulus mane idest prima ætate
lupus rapax ovium Christi; Dein Vespere seu provectio
ætate, per dextra excelsi mutationem in alium dñi
nem, factus Saulus usque dum spolia divideret am
simia, spolia scilicet gentium, quas Ecclesia & Christus
juxit. En Pauli conversionem, sed quia non nisi q

perseveraverit usque in finem hic salvus erit, videamus
illum in omni virtute constanter perseverantem
ab hinc Vas electionis Christo fuit, vas scilicet admira-
clarum, mundum, ac solidum

3. Paulus fuit

virtutis, ut compendioso eum laudat elogio Divus
Crisostomus Hom: 6. de laud: Pauli: vel quia virtutem refe-
xprimebat que, vel quia Paulus ipse virtus erat =
perseveravit in virtutum fundamento humilitate
sententia qua se convertens ad Deum dixerat: Dñe
me vis facere? Q: breve verbum, inquit Bernardus, Serm: 179
vividum, sed vivum, sed efficax, sed dignum omni accep- in Conv: 5.
tatione, quam pauci inveniuntur in hac perfecta obedien- Pauli
tiam, & ex humilitate dixit 1. Cor: 15. Qui non
dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum
Christum Dei, & 1. Timoth: 1. Qui prius blasphemus
& persecutor & contumeliosus, 2. Cor: 12. Parco
mihi ne quis existimet supra id quod videt in me,
ut quod S. Bernardus ait: Quam pulchre dixit:
non parcat sibi arrogans, non parcat sibi super-
bus, non cupidus vanæ gloriæ & jactator actuum suo-
rum, qui vel sibi arrogat quod est, vel mentitur quod
est. Perseveravit in stabili & firma fide, qua
loquitur Philip: 13. Omnia possum in eo qui me con-
fortat, 1. Cor: 15. Non ego sed gratia Dei mecum, & si
ait Chrysost: in Matth: 20. Talis est natura fidei: quæ
magis vefatur, tanto magis accenditur, ejus que

218. virtus in periculis securus est, ita securus fuit in
lo, ut videre est in periculis et praeliis, quae pro
tuenda vel propaganda subiit: confirmata vero in
so fides admodum fuit postquam raptus in tertium
Caelum talia viderat & audiverat quae & se enarra
re non posse fatebatur ~

4. Perseveravit in singulis
ri in Deum religione ac timore: unde ad Hebr
dixit: Habemus gratiam, per quam serviamus placen
tes Deo cum metu & reverentia, 1-Cor: 4. Nil mihi
consciens sum, sed non in hoc justificatus sum,
S. Chrysost: hom: 1. de laud: Pauli ait: is semper
Deo per singulos dies immolabat, quam hostiam
dupliciter offerebat: 1^o quotidie moriens sibi
carnis mortificationem: 2^o ad pericula iugiter
paratus consummans voluntate martyrium, & mo
divini cultus tradit 1-Cor: 11. Omnis vir orans
phetans, velato capite; mulier vero non velato
caput suum ... Primum quidem conventionibus vestrae
Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos: non in malis
in deterius convenitis... numquid domos non habetis
manducandum & bibendum, aut Ecclesiam Dei constru-
itis? & 1-Timoth: 2. Obsecro igitur primum omnino
fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum
actiones, ut tranquillam vitam agamus in omni pietate
... Volo viros orare in omni loco levantibus puris manibus
= Perseveravit in tentationibus sufferendis & devotio

216.
magnitudo revelationum extollat
est mihi stimulus carnis meae angelus satanae
colaphizet: propter quod ter Dominum rogavi ut disce-
ret me & dixit mihi: sufficit tibi gratia mea, Rom: 7.
aliam legem in membris meis repugnantem legi men-
te. infelix ego homo quis me liberabit de corpore mor-

5. Perseveravit mirabiliter patiens in neces-
sitatibus, afflictionibus, & persecutionibus. Audiamus illum:
Usque in hanc horam & esurimus & sitimus, & nudi su-
& colaphis cadimur, & laboramus operantes manibus nos-
tratis & benedicimus, persecutionem patimur & susti-
nemus, blasphemamur & obsecramur, tanquam purgamenta
mundi facti sumus usque adhuc... Rogo vos imitatores
estis sicut & ego Christi, 2. Cor: 4. In omnibus tribulatio-
nibus sumus, sed non angustiamur, ... Semper mortificationem
in corpore nostro circumferentes, & cap: 6. Vivimus qua-
si nudi, semper autem gaudentes... tanquam nihil habentes
quod possideremus, 12. Nihil gloriabor nisi in infirmita-
tibus meis... placeo mihi in infirmitatibus meis, in contri-
tione, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro-
prium: cum enim infirmior tunc potens sum, unde ad Tim:
2. c. 3. nos monet: Omnes qui pie volunt vivere in
Christo Jesu persecutionem patientur, = Adeo persevera-
verunt in Charitate Christi, ut de illo Chrysostomus dicat: Si
ferrum misum in ignem, totus ignis efficitur, sic Paulus
